detur q̄ etiam adam ambierit esse sicut deus nō tamē credidit id fieri posse. & ideo falsū esse quod diabolus promittebat cognouit. Et licet diuinitatis equalitatem concupierit: nō tamē adeo exarsit. nec tanta est affectus ambitione sicut mulier que illud fieri posse putauit. & ideo magis illud ambiēdo supbiuit. Virum autem aliqua forte ambitionis subreptio mouit. sed non ita vt illud verum vel possibile fore putaret. Alijs autem videtur ideo dictum esse q̄ adā illud voluerit. quia mulier de eo sumpta illud voluit: sicut inquit. Peccatus dicitur per vnum hominē intrasse in mūdū. id ē. in hu-

Alia sententia q̄ p̄ eua de viro sumptam id dicitur putant.

manam naturam. cum tamē mulier ante virum peccauerit. quia per mulierem intravit de viro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse. quia etiā peccante muliere si vir non peccasset: humanum genus minime peccatis corruptū p̄iret. Ad hunc q̄ peccauit vir q̄ mulier. Per istud nō ostendit

Obiectio cōtra id qd dictū ē virū minus peccasse. h

His autem opponi

solet hoc modo. Tribus modis (vt Isidorus ait) peccatum geritur scilz ignorantia infirmitate. industria. Et grauius est infirmitate peccare q̄ ignorantia. grauiusq; industria q̄ infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccasse. quia seducta fuit. Adam vero ex industria. quia nō fuit seductus vt apostolus ait. Ad quod dicim^o quia licet eua in hoc per ignorantiam deliquerit quod putauit verū esse quod diabolus suadebat. non tamē in hoc quin nouerit illud dei esse mandatum & peccatus esse cōtra agere. Et ideo excusari a peccato per ignorantiam non potuit. Istis q̄ dicitur quia ignorantia eua. Iquo scy ignorant peccauerit et in quo nos

q̄ ignorantia alia excusat. alia non. i

Est enim ignoran-

tia que excusat peccantes. & est ignorantia talis que non excusat. Est autem ignorantia vincibilis. et ignorantia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur: vbi mandatū non ignoratur.

De triplici ignorantia q̄ excusat et que non. k

Est autem ignoran-

tia triplex & corū. s. qui scire nolunt cū possint que nō excusat. quia & ipsa peccatus ē. Et eorum qui volunt. sed non possunt. que excusat. & est pena peccati non peccatū. Et eorum qui quasi simpliciter nesciunt nō reuēntes vel p̄ponentes scire. que neminē plene excusat. sed sic fortasse vt minus puniatur. Unde Augustinus ad Valentinū. Eis auferet excusatio qui mandata dei nouerunt quā solēt habere homines de ignorantia. Et lz grauius sit peccare scienter q̄ nescienter. nec nō ideo tamē fugiendū est ad ignorantie tenebras. vt in eis quisq; excusa-

Ibi nō sit excusatio.

tionem requirat. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse. q: in eis q̄ intelligere noluerit ipsa ignorantia peccati est. in eis vero q̄ non potuerunt: pena peccati. Ignorantia vero q̄ non est eo: u qui scire nolunt: s̄ qui tam simpliciter nesciunt: nullū sic excusat: vt eterno igne non ardeat: s̄ fortasse vt minus ardeat. Nō igit̄ mulier excusationez habuit de ignorantia: cū r̄ mandati nouerit. r̄ peccati esse secus agere non ignorauerit.

Uñ p̄cesserit consensus illi? peccati cū natura hominis esset incorrupta.

Solet etiam queri cū sine vitio esset natura hominis. vñ consensus mali p̄cesserit? Ad quod responderi potest: quia ex libero arbitrio p̄p̄ voluntatis fuit. In ipso enim r̄ in alio causa extitit vt fieret deterior. In alio. quia in diabolo qui suaserit. In ipso. quia voluntate liberi arbitrii consensus. r̄ cum liberum arbitriū sit bonum. ex re vtiq̄ bona malus ille consensus provenit. r̄ ita ex bono malum manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabim⁹ cum origo mali r̄ in q̄ re coalescat inuestigabit.

An voluntas p̄cesserit illud peccatum.

Si vero queritur vtruz voluntas illud peccati p̄cesserit? Dicimus quia peccatum illud r̄ in voluntate r̄ in actu consistit. r̄ voluntas actum p̄cessit. sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non p̄cessit. atq̄ ex diaboli persuasione r̄ hominis arbitrio illa voluntas mala produit. qua iusticiam deseruit r̄ iniquitatem inchoauit: r̄ ipsa voluntas iniquitas fuit.

Ista est distinctio. xxij. hui⁹ secūdi libri. In q̄ maḡ postq̄ egit de temptatōe ex parte temptantis. agit de eadez ex parte temptati. Et tria facit. Nam p̄mo inq̄rit qd̄ quibet eorū peccādo appetierit. Secūdo quis eorū grauius peccauerit vir aut mulier. Tertio vñ consensus quo peccauerit. p̄cesserit. Prīmū facit a principio distinctionis vsq̄ ibi. Ex quo manifeste. Scdm̄ ab inde vsq̄ ibi. Solet etiam q̄ri.

Tertium vsq̄ ad finem distinctionis. Et tñ in generali. In speciali aut̄ sententia maḡi stat in tribus positionibus. quarū p̄ma est hec. Nō Adam: sed Eua in tanta elatōe fuit seducta. vt p̄ esum ligni vtitū se silem fieri deo estimauit. Hęc maḡ. p̄bas dicit q̄ radit r̄ origo p̄mi peccati p̄morū parentum fuit. q̄ in animis eorū p̄cessit qd̄az p̄sumptionis elatio ex qua diaboli suggestionē consenserunt p̄mo mulier. postea vir. Contra qd̄ dictum obijciens dicit q̄ cum ipso dicto sequit̄ hoīem nō alteri⁹ suggestionē: sed propria supbia peccasse. vt angelus. r̄ p̄sequēs vt angelus corruisse. cuius m̄ p̄trariū dicebat in p̄cedenti distinctione. Ad quod respondet dicendo q̄ cuz dicebat elationem quandam in peccato p̄morū parentum p̄cessit ille non ita intelligebat q̄ illa elatio p̄cesserit suggestionem: sed vt opus peccati. Nā in illo peccato iste fuit p̄cessus r̄ ordo q̄ p̄mo p̄cessit diaboli tēptatio. ex qua secuta est immediate hoīs elatio. quā secutum est peccatum op̄is: r̄ vltimus pena peccati. Et subdit q̄ talis elatio fuit aliter in muliere q̄ in viro. qz mulier credidit se posse habere dei similitudinem putans verum esse quod diabolus suadebat. vir aut̄ nō credebat nec putauit vtz eē qd̄ diabolus suadebat aliq̄ tñ elatio in mente eius p̄ separationē extitit. vnde virtualiter fuit seductus q̄ mulier. quod diuersis sanctorum autoritatibus magister cōfirmat.

Secunda p̄positio est hec. Graui⁹ Eua q̄ Adā peccauit transgrediendo diuinū p̄ceptum in paradiso. Hanc maḡ. p̄bat tripliciter. Prīmo ex hoc q̄ mulier verum esse credebat qd̄ diabolus ei dixit. quod nō fecit vir. vtz patet ex predictis. Secūdo ex hoc q̄ mulier elata nimis p̄sumebat se posse fieri equalem deo. qd̄ nō fecit vir. sed de penitentiā r̄ misericōdia dei cogitans deceptus fuit in hoc q̄ estimabat peccatū eē veniale quod mortale fuit. Tertio ex hoc q̄ mulier peccauit in deū. in se. r̄ in primum. vir aut̄ solū in deum r̄ in seipm̄. Sed contra illud obijciat tripliciter. Prīmo autoritate Augu. dicētis q̄ vtriusq̄ erat par factus. r̄ p̄ consequens equaliter peccauerunt. Ad qd̄ respondens dicit q̄ licet vtriusq̄ erat par factus i excusatione peccati. qz vir excusauit se p̄ mulierem. et mulier p̄ penitentem. In muliere tamen multo maior factus erat. quo ad tria predicta. Secūdo obijciat autoritate beati Augustini dicētis q̄ etiam vir voluit esse equalis deo. Ad quod respondens dicit q̄ hoc aliqui opinati fuerunt. qui tñ cum hoc posuerunt q̄ vir non tanta ambitione ad hoc exarsit sicut mulier. Tertio obijciat contra idem assumens q̄ trib⁹ modis peccatū cōmittit. s. ex ignorantia. ex infirmitate r̄ ex industria. r̄ grauius est peccatū qd̄ cōmittit̄ ex infirmitate q̄ quod cōmittit̄ ex ignorantia. r̄ graui⁹ qd̄ cōmittit̄ ex industria q̄ quod cōmittit̄ ex infirmitate. Cum ergo mulier videat̄ peccasse ex ignorantia. qz seducta fuit. Adam vero ex industria. qz non fuerat seductus s̄m̄ apostolū. ergo videat̄ vir grauius peccasse muliere. Et respondens magister dicit. q̄ licet mulier quo ad hoc ex ignorantia peccauit q̄ p̄ diabolū seducta credidit esse verum qd̄ ipse suadebat. non tñ quo ad hoc q̄ mandati dei nō nouerit. cui⁹ oppositū diabolus sibi suaserit. r̄ ideo p̄ ignorantiam excusari nō potest. cum ibi ignorantia tollat̄ vbi mandatum non ignoratur r̄ peccatū esse p̄tra ipm̄ mandatum agere non dubitat. Postea subdit distinctionez ignorantie dicens. q̄ ignorantia alia est vincibilis. r̄ est eorū q̄ nolunt homines scire tamen possunt r̄ tenent. r̄ illa non excusat a peccato. sed potius peccatum aggrauat. Alia est inuincibilis. r̄ est eorū que hoīes volunt scire r̄ non possunt. r̄ illa excusat r̄ non est peccatum: sed pena peccati. Et ista cōfirmat autoritate

P

LI. II DI. XXIII

Augustini. Tertia ppositio est hec. Malus consensus hois naturā bonā habentis pcessit ex pposito libero arbitrio et suggestione diaboli suadētis. Hāc magister pbans querit. Cum natura hois esset sine vitio. vnde pcessit consensus malus? Et respondens dicit q pcessit ex libero arbitrio voluntatis. vnde ex hoc q homo fiebat deterior hoc fuit a diabolo q suadet et a voluntate qua homo suadenti consensus dedit. qz liberum arbitrium licet de se fuit bonus. de ipso tamen potuit pcedere consensus malus. Querit etiam vtrum voluntas illud peccatum pcesserit? Et responder q voluntas potest dicere potentiam anime. s. potentiam vltimam. et fm hoc voluntas peccatum pcessit. vel etiam malum actum voluntatis possumus vocare voluntatem. et fm hoc voluntas peccatum non pcessit. qz ante pnam malā voluntatez pmi hois alia mala voluntas hois non fuit. sed pma mala hois voluntas ex diaboli psuasione. et ex hois libero arbitrio pdiit. Et tm in spali.

Quare deus permiserit hominem temptari sciens euz esse casurum.

DI. XXIII
Aug. super
Gen.

Reterea que

ri solet cur deus hominem temptari pmiserit quem decipiēdū fore psciebat? Sed non esset laudabile homini si ideo bñ viuere posset. qz nemo male viuere suaderet. cum in natura posse et potestate haberet velle non consentire suadenti deo iuuante. et est gloriofius non consentire qz temptari non posse. Abouentur etiam qdam dicentes. Cur creauit deus qd futuros malos psciebat? Quia puidit qd boni de malis eorum esset factor? Sic em eos fecit vt relinqueret eis vnde aliqd facerent. et si culpabiliter aliquid facerēt. illum de se laudabiliter operantem inuenirēt. A se habent voluntatem malam. ab illo naturam bonam: et iustam penaz. Frustra g dicitur. nō deberet deus creare qd psciebat malos futuros. sciebat enim bonis profuturos et iuste pro mala voluntate puniēdos. Addunt etiam. talem hominem deberet facere qui nollet omnino peccare. Lōcedim? quidem meliorem naturam esse que omnino peccare nollet. Lōcedant et ipsi non esse malā que tal fa cta est. vt posset nō peccare si vellent: et iuste punitam q voluntate non necessitate peccauit. Cum ergo hec bona sit: illa melior: cur nō vtranzqz faceret vt vberius laudaret de vtraqz. Illa em de sanctis angel: hec de hominibus est. Item inqunt. Si deus vellent: et illi boni essent. Et hoc qdem concedimus. sed melius voluit. vt qd vellent essent. Et boni qdez nō infructuose

Quare deus creauit quos psciebat malos futuros.

mali xpo non impune essent. Item inquit. Posset deus voluntate corū vertere i bonū qz omnipotens est. posset reuera: cur nō fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Non debemus plus sapere q opozet.

Hic qual fm aiam et agit de scientia hois an peccatum.

Et quidez fm ani-

am rōnalis fuit hō habens discretionem boni et mali. Scientiā qz rerū creatarum et cognitionē veritatis. que pme pfectiōi congruebat. mox cōditus nō incōgrue accepit se putat. et ad illam non studio vt disciplina aliqua p interualla tem pis pcessisse. sed ab exordio sue conditionis diuinitus illam pcepisse.

Et triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem scilicet rerum propter se factarum et creatoris et sui.

Fuitqz homo pri-

mus ante lapsum triplici cognitione peditus. rerū sez propter se factarū. et creatoris et sui. Rerum quippe cognitionem homiez accepisse pspicuum est: cū nō ipse creator vt angelus aliquis. sed hō omnibus animantibus nomina imposuerit. vt ostenderetur q singulorū noticiam homo ipse habuerit. Que em ppter illum creata erant. et ab illo regenda et disponenda erant: horuz oim deus illi et scientiam tribuit et prouidentiaz atqz curam reliquit. Quia vt ait apostolus. Nō est cura deo de bobus. Quoz alioz qz aialiu deus homini curam reliquit et prouidentiam vt dominationi ei subijceretur et ratione illius gubernarent. vt sciret illis necessaria puidere a quibus emolimentuz debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccando nō pdidit sicut nec illā q carnis necessaria puidet. Et idcirco in scriptura hō de hmōi nō crudis. sed de scia oie quam peccando amisit.

De cognitione creatoris.

Cognitionem quo

q creatoris primus homo habuisse credit Lognouit em a quo creatus fuerat. non eo

De cognitione
repeccatuz.

modo cognoscendi quo ex auditu solo p̄ci-
pitur quō a credētibz absens queritur. s̄
quādam interiori aspiratione qua dei p̄se-
ntiam cōtemplabat̄. nō tamē ita excellenter
sicut post hanc vitam sancti visuri sunt. ne
q̄ ita in enigmate qualiter in hac vita vide-
mus.

De cognitione sui.

Porro sui cogniti-
onem idem homo talem accepisse videtur
vt & quid deberet superiori. & quid equali
& inferiori nō ignoraret. Conditionem q̄s
suam & ordinem sc̄z qualis factus esset & q̄
lib̄ incedere deberet qd̄ agere. quid cauere i-
tellerit. Si horum noticiā nō habuisset. nō
esset reus p̄uaricationis. neq̄ seipsum co-
gnouisset.

Utrū homo p̄scius fuerit eoz̄
que sibi futura erant.

Si autē queritur
vtrum homo scienciam habuerit eoz̄ que
circa eum futura erant. id est. si ruīnam su-
am p̄sciuerit. & similiter p̄sciuerit bona que
habiturus fuisset si obediētia perstitisset.
Responderi potest q̄ ei magis faciēda in-
dicta sunt q̄ futura reuelata. Accipit enim
scienciam & p̄ceptum eoz̄ que faciēda
fuerant. sed non habuit p̄scienciam eoz̄
que futura erant. Non fuit ergo homo p̄-
scius sui casus sicut & de angelo diximus.
Quod Augustinus super Gen̄. asserit ra-
tione vtens quam supra posuimus. Ihec
de sciencia hominis q̄tum ad primū statū
p̄tinet: dixisse sufficiat.

Ad h̄o q̄re s̄:
non h̄e futu-
roz̄ p̄sciētia

Ista est distinctio. xxiii. hu. secū-
di libri. In qua m̄g postq̄ egit de temptatōe p̄mo-
rum parentum ex p̄te temptati & temptatoris. agit
consequenter de eadem ex parte dei p̄mittentis. Et
tr̄ia facit. Nam p̄mo inquit quare deus hominem
temptari p̄misit. Secundo de sciencia qua homo il-
lustratus fuit. Tertio an etiam homo statum futurū
p̄sciuit. Primum facit a p̄ncipio distinctiōis vsq̄ ibi.
Et quidem fin animam. Secūdo ab inde vsq̄ ibi
Si nō queritur. Tertium ab inde vsq̄ ad finem di-
stinctiōis. In speciali sententia magistri stat in tri-
bus p̄positionibus quarum p̄ma est hec. De ho-
minem quem p̄sciuit decipiendum ad laudabilis
bonum temptari permisit. Hanc magister insinuās

querit quinq̄ questiones. Prima est. Cur deus ho-
minem temptari permisit quem decipiendum p̄sci-
uit? Et respondens ad hoc dicit q̄ ad ostendendum
humane nature dignitatem. quia dignior est condi-
tio posse temptari & non consentire: q̄ nec posse tem-
ptari nec posse consentire. Secunda questio est.
Cur de illos homines creauit: quos futuros malos
p̄uidit? Ad quod respondet dicendo q̄ propter bo-
num quod inde venturum nouit. Tertia questio
est hec. Cur deus non fecit hominem impeccabilem? Et
respondens dicit q̄ ideo. q̄ melius esset vtrūq̄ natu-
ram esse. s̄. eam que non peccare posset: sicut in san-
ctis angelis p̄ gratiam in gloria confirmatis. & eam
qua peccare & non peccare posset si vellet. qualis fu-
it in hominibus q̄ vnus modi solum. Quarta q̄
stio est. Cur deus qui sola sua voluntate potuisset eos
saluasse a consensu non saluauit eos? Et respondens
dicit q̄ voluit: os nature sue relinquere. vt nec infra-
ctuose boni essent. nec impune mali. Quinta que-
stio est. Cur deus cum sit omnipotens non conuertit
voluntates eoz̄ ad bonum? Et respondet q̄ nolu-
it cuius nolitionis causa vltimus non est querenda.

Secunda propositio est hec. Deus mot̄ hominēz
creatum repleuit omni sciencia pertinente ad suum
statum. Hanc p̄positionem magister insinuās dicit:
q̄ p̄mus homo non per interualla siue per successio-
nem temporis: sed creatus mot̄ scienciam sibi neces-
sariam & competentem sibi accepit. vnde triplici co-
gnitione p̄mus parēs p̄dictus fuit. Primo cog-
nitione rerum p̄pter sc̄reatarum. quarum cur d̄gerat
habiturus. vnde & eis nomina imposuisse legitur. &
illam rerum cognuionem p̄ speciem non p̄didit: sed
hanc peccato perpetrato retinuit. Secundo dotat̄
fuit p̄mus homo cognitione sui creatoris. s̄. dei nō
quidem enigmatica: sed per quandam interiorē in-
spirationem. non tamen illa clare sicut in patria. & il-
lam post peccatum non retinuit. Tertio fuit illustra-
tus cognitione sui ipsius. sciuit enim quid debuit su-
periori. quid alijs. quid sibi. & etiam post peccatum
illam retinuit. Tertia p̄positio est hec. Homo an
peccatū non p̄sciuit futurum euentum sui itat̄. Hanc
magister p̄bens querit. Utrum p̄mus homo habu-
it scienciam eoz̄ que circa ipm̄ futura erant. id ē
ante p̄sciuerat. qualia bona habuisset si perstitisset
vel etiam ante p̄sciuerit anteq̄ lapsurus erat? Et
respondens dicit q̄ p̄mus homo accepit scienciam
eoz̄ que agenda & dimittenda fuerant. als peccatū
fuit sibi iniuste imputatum. sed non fuit sui casus
p̄sciens. cuius simile sup̄radictus est de angelis co-
ruentibus. quod confirmat auctoritate beati Augu-
sti. Et t̄m in sp̄iali.

De gratia hominis et de potētia aī
casum.

Nunc diligen-
ter inuestigari oportet quā gra-
tiam vel potētiā habuerit hō
ante casum. Et vtrum p̄ eam potuerit sta-
re vel non? Sciendum est ergo q̄ homi in
creatione (sicut de angelis diximus) datū
est p̄ gr̄am auxiliū & collata est pote-
tia p̄ quam poterat stare. id est non decinare ab

DI. XX
III

Quia gr̄a cre-
at̄ fuit i qua
potuit stare:
sed non p̄fice-
re.

p 2

eo quod acceperat. sed non poterat profice-
re intantum. vt per gratiam creationis sine
alia mereri salutem valeret. Poterat qui-
dem per illud auxilium gratie creatiois re-
sistere malo. sed non perficere bonum. Po-
terat tñ p illud bene viuere quodammodo.
quia poterat viuere sine peccato. s̄ nō po-
terat sine alio gratie adiutorio sp̄ialit̄ viuere
quod vitam mereret eternam. Unde Au-
gustinus in ench. Sic factus est hō rectus
vt ⁊ manere in ea rectitudine posset. non si-
ne diuino adiutorio. ⁊ suo fieri puerus ar-
bitrio. Utrūlibet horum elegisset. dei volū-
tas fieret vel ab illo vel de illo. Et q̄ suam
maluit facere voluntatem q̄ dei. de illo fa-
cta est voluntas dei. Item in eodē. Sic ho-
minem prius oportebat fieri. vt ⁊ bñ possz
velle ⁊ male. Nec frustra si bene. nec impu-
ne si male. Idem quoq; in libro de correcti-
one ⁊ gratia ait. Si hoc adiutorium vel an-
gelo vel homini cum primum facti sunt de-
fuisset. quoniam nō talis natura facta erat
vt sine diuino auxilio posset manere si vel-
let. non vtiq; sua culpa cecidisset. Defuis-
z quippe adiutoriu; sine quo manere nō pos-
set. Idem. Dederat deus homini bonam
voluntatem. in illa quippe eū fecerat rectū:
dederat adiutorium sine quo non posset in
ea manere si vellet ⁊ per quod possz. At au-
tem hoc vellet: in eius dimisit arbitrio. In
eodem. Acceperat posse si vellet: sed nō ha-
buit velle quo posset. Nam si habuisset: p-
seuerasset. His testimonijs euidēt mon-
stratur q̄ homo rectitudinem ⁊ bonaz vo-
luntatem in creatione accepit. atq; auxiliū
quo stare poterat. alioqñ nō sua culpa vi-
deretur cecidisse.

Qualis fuerat illa rectitudo et
bonitas voluntatis in qua creat⁹
est. b

Sed quomō rectā
⁊ bonam voluntatem habuit homo si p eā
nec mereri vitā valuit nec i ea stare voluit:
Quia nec aliqd mali ea tunc volebat: ⁊ ad
tempus stare voluit: s̄ non pseueranter. et
ideo recta ⁊ bona fuit tunc voluntas homi-
nis.

Oppositio contra illud quod di-
ctum est hominem non potuisse p-
ficere. c

Ad hoc autē quod

diximus hominē nō posse p̄ficere v̄mere-
ri p̄ gr̄am creatiois: solet opponi sic. Per
illud auxilium gratie creationis potuit sta-
re in bono quod acceperat. Potuit ḡ resi-
stere temptationi. Sed resistere temptatio-
nibus atq; suggestionibus malis meritum
est ac bonū remunerabile. Omne autē bo-
num meritū: p̄fectus est. Per gr̄az ḡ crea-
tionis p̄ficere potuit sine adiectione alteri⁹
gratie. Ad quod dicim⁹ qz resistere ma-
lo ⁊ non consentire temptationi nō fecisset
illi meritū ⁊ si non cōsensisset. qz nihil in eo
erat quod ad malū impelleret sicut angelis
q̄ non ceciderunt nō fuit meritū quod stete-
runt. id est qz nō corruerūt. Nobis autē
meritum est aliqui si malum nō facim⁹: sed
resistimus. ibi dūtaxat vbi causa subest q̄
nos id facere mouet. quia ex peccati corru-
ptela proni sunt ad lapsum gressus nostri.
Ubi autē non interuenit causa nos ad malū
impellens: nō meremur si ab eo declinam⁹
Declinare enī a malo semp vitat penā: sed
non semp meref palmam.

Respo. s̄.

Qz resistere
malo aliqui-
do meritū est
aliqui non.

De adiutorio homi in creatōe da-
to quo stare poterat. d

Hic considerandū

est qd fuerit illud adiutoriu homini datum
in creatōe quo potat manere si vellet? Illud
vitiq; fuit libertas arbitrii ab omni la-
be ⁊ corruptela immunis. atq; voluntatis
rectitudo ⁊ oim naturalis potentiaz. aime
sinceritas atq; viuacitas.

De libero arbitrio. e

Liberum vero ar-

bitriū est facultas rationis ⁊ voluntatis q̄
bonum eligitur gratia assistente. vel maluz
eadem deficiente. Et dicitur liberū quantū
ad voluntatem que ad vtrūlibet flecti pōt.
Arbitrium ḡo quantum ad rationē cuius
est facultas vel potentia illa cui⁹ etiā est di-
scernere inter bonū ⁊ malum. Et aliqui qui-
dem discretionem habens boni ⁊ mali: qd
malum est eligit. aliqui ḡo quod bonū est.
Sed quod bonum est: nisi gratia adiuta ū
eligit. malum ḡo p se eligit. Est enī in ani-
ma rationali voluntas naturalis qua ne-

turaliter vult bonum. licet tenuiter et exili-
ter: nisi gratia iuuuet. que adueniens iuuat eaz
et erigit vt efficaciter velit bonum. Per se
aut potest velle malum efficaciter. Illa er-
go rational' anime potentia qua bonuz vel
malu potest velle. vtriusq; discernens liberu
arbitriu nuncupat. qd bruta animalia no ha-
bent. qz rōe carent. habent tñ sensum et appe-
titum sensualitatis.

De sensualitate.

Est enim sensuali-
tas qdam vis anime inferior: ex qua ē mo-
tus qui intendit in corpis sensus atq; appe-
titus rerū ad corpus pertinentiū. Ratio vō
vis anime est superior. que (vt ita dicamus)
duas habet ptes vel differentias. superiores
et inferiores. Scdm superiorem supnis con-
spiciendis vlt consulendis intendit. Scdm
inferiorem ad temporalium dispositionē pro-
spicit. Quicquid ergo in anima nostra no-
bis considerantibus occurrit qd nō sit cōe-
cum bestijs: ad rationem ptinet. Qd autē
in ea reperis cōmune cū beluis. ad sensua-
litate ptinet. Et vbi nobis gradatim i cō-
sideratione partium anime pgradientib?
p̄mum aliquid occurrit quod nō est cōmu-
ne cum bestijs: ibi incipit ratio. Hoc autē
Aug⁹. docet in duodecimo libro de trinita-
te ita dicens. Videamus vbi sit quasi qd-
dam hominis exterioris interiorisq; confi-
nium. Quicqd enim habemus in animo cō-
mune cū pecore: recte dicim ad exteriorē
hominem ptinere. Non em̄ solum corpus
exterior: homo deputat. sed adiūcta qua-
dam vita sua qua compages corpis et om-
nes sensus vigent. qbus instruct⁹ est ad ex-
teriora sentienda. Ascendentibus q̄ intro-
sum qbusdam gradibus consideratōis per-
anime ptes vbi incipit aliquid occurrere
qd non sit nobis cōmune cum bestijs. ibi in-
cipit ratio. vbi hō exterior: iam possit agno-
sci. Rationis autē ps superior: eternis ratiōi-
bus conspiciendis vel consulendis adhere-
scit. Portio inferior: ad temporalia guber-
nanda deflectit. Et illa rationis intentio q̄
contemplamur eterna. sapientie deputat.
Illa vō qua bene vtimur rebus tempora-
libus scientie deputat. Cum vō differim?
de natura mentis humane: de vna quadā
re differimus. nec eam in hec duo que com-
memorauimus. nisi p officia geminamus.
Carnalis autem vel sensualis anime mor:
qui in corpore sensus intēditur. nobis pe-

coribusq; cōmunis est. qui seclusus est a ra-
tione sapientie. rationi autem scientie vici-
nus est.

Oralis est ordo peccandi vel cadē-
di in nobis qualis fuit i primis ho-
minibus.

Illud quoq; p̄ter-
mittendum non est qd tal nunciū vno hōie
temptationis est ordo et p̄gressio qual' tūc
in p̄mis p̄cessit parentibus. Et em̄ tūc ser-
pens malum suavit mulieri ipaq; consensit
deinde viro suo dedit. sicq; consummatum
est peccatū. Ita et nunc in nobis pro serpe-
te est sensualis motus anime. p muliere in-
ferior: portio rationis. pro viro superiori ra-
tionis portio. Et hic est vir qui fm̄ ap̄lum
dicitur imago et glā dei. et illa est mulier: q̄
fm̄ eundem dicitur gloria viri. Atq; inter
hunc virū et hanc mulierem est velut qd-
dam sp̄iale coniugiu naturalisq; tractus
quo superior: rationis portio quasi vir debz
pelle et dominari. Inferior vō quasi muli-
er debet subesse et obedire. Vō vir fm̄ apo-
stolum non debet habere velamen: s̄ muli-
er. Et sicut in cunctis animantib? nō est re-
pertum homini adiutoriu simile sibi. s̄ de
illo sumptum qd ei formaret in coniugiu.
Ita in p̄tibus anime quas cum pecorib? ha-
bemus cōmunes. nullū menti nostre simi-
le est adiutoriu: Unde Aug⁹. in eodē. Illud
nostrū quod in actione temporalium tra-
ctandorū ita versat vt non sit in nobis cō-
mune cum pecore. rationale est qdem: s̄ ex
illa rōnali mente qua subherem? intelli-
bili et incōmutabili veritati tanq; ductum
et inferioribus tractandis gubernandisq;
deputatum est. Sicut em̄ in omnibus peco-
ribus nō est inuentū viro adiutoriu simile
sibi: nisi de illo detractū in coniugium for-
maretur. ita mēti nr̄e qua supnam consuli-
mus veritatem: nullū est ad vsum rex tpa-
lium q̄stum nature homis satis est sile ad-
iutorium ex anime p̄tibus quas cōmunes
cū pecoribus habem?. Ideoq; rōnale no-
strum nō ad vnitatis diuortiu sepatuz: sed
in auxiliū societatis quasi deriuatur in suo
dispartit officio. Et sicut vna caro est duo-
rum in masculo et in femina. sic intellectum
nr̄m et actio: ē siue rationē et appetitū ratio-
nalem. vel si aliquo mō significantius dici
possunt vna mentis natura cōplectif. vt si-
cut de illis dictum est. Erunt duo in carne

Qd vnum ani-
malia nō hnt
libe. ar. s; ap-
petitū sensua-
litate

De rōne q̄bz
duas ptes q̄-
tū ad officia.

Quid ad rō-
nem ptinet.

Abi incipit rō

Qd nō est
vir et mulier et
sp̄ens et quō.

De sp̄iali cō-
iugio viri et
mulieris in o-
bis.

Testimonio
Augu ita cō-
ostendit

ym. sic et de his dici possit. duo in mente una
Ecce et his verbis apte intelligi potest quod in
anima hominis existat imago illius coniugii.
et qualiter in singulis nostrum spiritualiter sint il-
la tria. scilicet vir. mulier. et sponsus.

Qualiter per illa tria in nobis consum-
metur temptatio.

Nunc superest ostē-

dere quod per hec tria in nobis consummetur
peccatum. Ubi agnosci poterit si diligenter in-
tendat quid sit in anima mortale vel venia-
le peccatum. Et enim ibi sponsus suavitatis mu-
lieri. et mulier viro. Ita et in nobis sensualis mo-
tus cum illecebram peccati conceperit. qua-
si sponsus suggerit mulieri. scilicet inferiori parti ra-
tionis. id est rationi scientie. quod si consenserit ille-
cebre: mulier edit cibum vetitum. Post de-
eodem dat viro cum superiori parti rationis. id
est rationi sapientie eandem illecebram sugge-
rit quasi consentit. tunc vir etiam cum semina-
cibum vetitum gustat. Si ergo in motu sensuali
tantum peccati illecebra teneatur: veniale ac le-
uissimum est peccatum. Si vero inferior pars
rationis consenserit: ita ut sola cogitationis
delectatione sine voluntate perficiendi tenea-
tur. mulier sola manducauit non vir. cuius au-
toritate cohibetur voluntas. ne ad opus ve-
niat. Si vero assit plena voluntas per-
ficiendi ut si assit facultas ad effectum per-
ducatur: vir etiam manducat. quod superior pars ratio-
nis illecebre consensit. et tunc est damnabi-
le et graue peccatum. Quando autem mulier
sine viro gustat aliquod est mortale. aliquan-
do veniale peccatum. Et enim dictum est tunc
mulier sine viro gustat cum ita delectatione
cogitationis peccatum tenet. ut faciendum non
decernat. ut cum quodam terminus et mensu-
ra peccato adhibet a viro. ut non liceat mu-
lieri effrenata libertate in peccatum per-
gredi. Si ergo peccatum non diu teneatur delecta-
tione cogitationis. sed statim ut mulierem
tetigit viri autoritate repellat: veniale est.
Si vero diu in delectatione cogitationis tenea-
tur: et si voluntas perficiendi desit. mortale est
et pro eo damnabitur sicut vir et mulier. id est totus homo
quod et tunc vir non sicut debuit mulierem co-
bibuit. unde potest dici consensisse.

Repetitio summam perstringens.

Itaque ut breuiter

summam perstringam quoniam peccatum ita in ani-
ma percipitur ut illud facere disponat. vel etiam
perficiat. aliud frequenter. aliud semel. vel etiam
quando delectatione cogitationis diu tenea-
tur: mortale est. Cum vero in sensuali motu
tantum est ut praediximus: tunc leuissimum est
quia ratio tunc non delectatur. Ideo autem su-
pra dixi aliud frequenter. aliud semel. quod quod-
dam sunt que si tantum semel fiunt. vel facien-
da disponant. damnant. quedam vero non
nisi sepius fiunt vel facienda decernantur.
ut de ociofo verbo et homini. Hec Augustinus in
xij. li. de trinitate tradit ita. Sicut in illo co-
iugio primorum hominum sponsus manducan-
dum persuasit. Mulier autem non mandu-
cauit sola: sed viro suo dedit et simul mandu-
cauerunt. ita et in quodam secreto coniugio
quod in homine geritur et dinoscitur cum ra-
tione scientie que in rebus temporalibus age-
dis ratiocinandi viuacitate versus: ani-
malis sensus ingerit quandam illecebram.
tunc velut serpens alloquitur feminam. Huic
autem illecebre consentire de ligno vetito
est edere. Sed iste consensus si sola cogita-
tionis delectatione contentus est. superior
vero autoritate ita retinet membra. ut non
exhibeat arma iniquitatis peccato: sic ha-
bendum estimo. velut lignum vetitum mu-
lier sola comederit. Si autem in consensu illo
ita decernitur quod quod peccatum. ut si sit po-
testas etiam opere impleatur. intelligenda est
mulier et edisse viro suo simul edendum illi-
citur cibum. Neque enim potest peccatum
non solum cogitandum suauiter verum. etiam
perpetrandum efficaciter mente decerni: nisi
et illa mentis intentio penes quam summam
potestas est membra in opus mouendi: vel
ab opere cohibendi male actioni cedat.
Nec sane cum sola cogitatione mens oble-
ctatur illicitis non quidem decernens esse
facienda: tenens tamen et volens libenter que
statim ut attigerunt animus respuit debue-
runt: negandum est esse peccatum: sed longe min-
us si et opere statuatur implendum. Et ideo de
talibus quod cogitationibus venia petenda est
pectusque percipiendum et dicendum. Dimitte
nobis debita nostra Neque enim sicut illis
duobus primis hominibus personam suam
quisque portabat. Et ideo si sola mulier cibum
edisset illicitum. sola utique mortis supplicio
plecteretur. ita dici potest in homine uno.
si delectationibus illicitis a quibus conti-
nuo se deberet auertere: cogitatio liben-
ter sola pascatur: nec facienda decernan-
tur mala. sed tamen suauiter in recordatio-

Quod peccatum sit
veniale.
Quod mulier so-
la manducat
cibum vetitum

An est morta-
le peccatum in gu-
stu mulieris si
scerne aliqua
do mortale:
aliquod veniale
peccatum

Repetitio qua-
do mulier sine
viro gustat
vbi ostendit quod
veniale et quod
mortale est.

Augustinus
ita exponit

Quod mulier de
viro manda-
cat.

Utrum sit mor-
tale quod in so-
la delectatione
tenetur cogita-
tionis

Augusti

ne teneant quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credē. Hic quippe vna persona est: vnus homo est. totusq; damnabitur. nisi hec que sine voluntate opandi. s; tū cum voluntate animum talibus oblectā di solius cogitationis sentiunt esse peccata per mediatoris gratiam remittantur. Idē quoq; i libro contra manicheos de hoc eodem sic ait. Apostolus dicit. Scdm pncipem potestatis aeris hui? spūs q; nūc operatur in filiis dissidētie. Nunquid ergo visibiliter eis apparz aut quasi corporeis locis accedit ad eos et operatur. Sed miris modis per cogitationem suggerit quicqd potest. quibus suggestionibus resistendum ē. Nō em̄ ignoramus astutias ei?. Quomodo em̄ accessit ad iudam quādo ei persuasit vt dñm traderet. Nunquid in locis. aut p hos oculos ei visus est? S; vtq; vt dictū est in cor eius intrauit. Repellit autem illū homo si padisum mentis custodiat. Posu- lit em̄ hominem deus in paradiso vt opera retur et custodiret. quia sic ecclesie dicit in canticis canticorum. Ortus conclusus fons signatus. quo vtq; nō admittit pueritatē ille persuasor. sed tamen per mulierē decepit. Non em̄ etiam ratio nostra deduci ad consensionem peccati potest. nisi cum delectatio mota fuerit in illa pte animi qua debet obtemperare rationi tanq; rectori viro. Etiam in vno quoq; nostrum nihil aliud agitur cum ad peccatum quisq; dilabitur. q; tunc actum est in illis tribus serpēte. muliere et viro. Nam primo fit suggestio siue per cogitationem siue p sensus corporis vt videndo vel tangendo. vel audiendo. vel gustando. vel olfaciendo. Que suggestio cum facta fuerit si cupiditas nostra nō moueatur ad peccandum. excludit serpentis astutia. Si autē mota fuerit: quasi iam mulieri persuasum erit: sed aliquādo ratio viriliter etiam commotā cupiditatem refrenat et compescit. Quod cū sit: nō labimur in peccatum. sed cum aliquāta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat et quod libido comouerit faciendum eē decernat. ab omni vita beata tanq; de paradiso expellitur homo. Jam em̄ peccatum inputat etiam si non subsequat factū. qñ reat tenet in consensione cōscientia.

Quare hec de anime partib? dicit.
 Hec de anime par-

tibus interseruimus. vt ipsius anime natura plenius cognosceretur. et scdm quaz sui portionem in ea sit liberum arbitrium: intelligatur. s; fm ratōnem qua omne peccatum mortale geritur. sed nō omne veniale. illud scz qd in solo motu sensualitatis existit.

¶ Sensualitas sepe in scriptura aliter q; supra accipit. s; vt etiaz inferior rationis portio eius nomine intelligat.

Non est autē silē-
 tio pretereundum q; sepe in scriptura nomine sensualitatis. nō id solum i anima quod ē nobis cōmune cum pecore. sed etiam inferior portio ratiois que temporalium dispositioni intendit: intelligitur. Quod diligēs lector in locis scripture vbi de ipsa sit mentio vigilanter annotet.

Ista est distinctio. xxiii. hui? secū-
 di libri. In qua magister postq; egit de temptatione pmi hominis p quaz cecidit agit de potētia fm quā stare potuit. cuiusmodi est liberum arbitriū. Et tria facit. Nam pmo ostendit q; pmi parentibus fait datum sufficiens adiutorium ad status innocentie retentionem. Secundo subdit q; illud adiutorium fuit liberum arbitrium insinuans ad quam ipm pertineat anime portionem. Tertio subiungit q; nos peccantes sequimur quodāmodo pmo parentum temptationem. Primus facit a pncipio distinctiois vsq; ibi. Considerandū est. Secundū vsq; ibi. Illud quoq; non pretereundum est. Tertiu? vsq; ad finem distinctiois. In spēali sententia magistri stat in tribus ppositionibus. quarū pma est hec. Pm? homo auxilio gratie a creatione sibi indite potuisset absq; merito cuiuslibet temptationi resistere. Hanc mgr. pbans dicit q; pmius hō ex creatōe habuit sibi inditū recte voluntatis auxilium. quo resistere potuit malo. licet non ad meritum glorie. Et ratio est q; si tale auxilium non habuisset peccatū: non fuisset sibi impute imputatum. Sed contra obijciatur dupliciter. Pmo querendo quomō talis voluntas recta possit dici. q; pmius homo nec meruit nec stetit? Et respondet ipam fuisse rectam p mali carentiam. et quia per hoc eam ad tempus stare voluit. Secūdo querit sic. Cum resistere malo sit meritorium si potuit in primo statu resistere malo. ergo mereri potuit? Et respondet q; resistere malo in natura corrupta meritorium bene est. in qua est aliquid impellens ad malum. sed non fuit sic in natura integra. in qua fuit auxilium insinuans rectitudinem oim potentiariū anime. absq; quocunq; impellente ad malum. Secunda ppositio est hec. Auxilium quo homo in statu innocentie potuisset vitasse peccatum est liberum arbitriū pertinens ad superioris rationis portionem. Hanc magister insinuans qrit. Quid sit illud auxilium quo hō potuisset in primo statu vitasse peccatū? Et respondēs dicit q; fuit liberum arbitrium. quod describens dicit q; sit facultas rationis et voluntatis: qua bonum eligitur cum gratia et malum sine gratia. et dicitur liberum quo ad voluntatem. et dicitur arbitrium quo

ad rationem ad quam spectat potentia discernendi. Et dicitur facultas voluntatis et rationis eo quod tunc ad voluntatem quam ad rationem spectat. Ex quo correlarie infertur quod liberum arbitrium sit potentia rationalis nature quia potest velle bonum vel malum utriusque discernendo. et per consequens bruta animalia eo carere et sic tantum sensum et appetitum quod sensualitas dicitur habent. Et subditur quod sensualitas et ratio sunt due vires anime ab invicem differentes. Nam sensualitas respicit sensus corporis et appetitus eorum. Ratio vero est quedam vis anime superior excedens omne illud quod habemus commune cum brutis. Cuius quidem rationis duplex est portio. una inferior que disponit temporalia. Alia superior que eternis bonis conspiciendis intendit. Et hec due portiones non nominant duas esse potentias anime. sed diversa esse officia unius et eiusdem potentie. Tertia propositio est hec. Tunc mortaliter vel venialiter peccamus: dum vel in opus vel in delectationem culpe consensum damus. Hanc magister insinuans dicit quod ad instar primi hominis primi peccati aliqui contingit nos peccare. Unde sicut in primo peccato primorum parentum inveniatur spiritus suadens mulieri. et mulier suadens viro. ita et in nobis sensualitas per modum spiritus suadet rationi superiori. nam ratio superior et inferior habet se sicut vir et mulier quod sicut vir seductus fuit a muliere sibi data in adiutorium. et unum cum ipso existit in carne una. ita ratio inferior a superiori deducitur: et est ei in adiutorium unum cum illa una mentis natura existens. Et subditur quod motus ad peccandum qui solum est in sensualitate est peccatum veniale. sed perveniens ad rationem superiorem est peccatum mortale. consistens autem in ratione inferioris: si non diu teneat etiam est veniale. Si vero in ea diu teneatur mortale est. Et hec omnia probat auctoritate beati Augustini. addens quod ratio inferior etiam quando quod sumit per sensualitatem. quod dimittit diligenti lectori perscrutandum. igitur etc. Et tunc in speciali de ista huius distinctione.

Rede ad liberum arbitrium considerationem.

DI. XXV

Am vero ad

Diffinitio liberum arbitrium.

propositum redeamus. scilicet ad liberum arbitrium tractatum. Ad philosophi diffinientes dixerunt liberum de voluntate iudicium. quod potestas ipsa et abilitas voluntatis et rationis quare supra diximus esse liberum arbitrium. libera est ad utrumlibet. quod libere potest moveri ad hoc vel ad illud. Liberum ergo dicitur arbitrium quantum ad voluntatem. quod voluntarie moveri et spontaneo appetitu ferri potest ad ea que bona vel mala iudicat. vel iudicare valet.

Quod liberum arbitrium non pertinet nisi ad futurum. nec ad omne futurum.

Hoc autem sciendum est quod liberum arbitrium ad presens vel ad pre-

teritum non refertur: sed ad futura contingentia. Quod enim in presenti est. determinatum est: nec in potestate nostra est ut tunc sit vel non sit quod est. potest enim non esse vel aliud esse potest. sed non potest non esse deum est. vel aliud esse deum id est quod est: sed in futuro an hoc sit vel illud ad potestatem liberi arbitrii spectat. Nec tam enim omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt: sed ea tantum que per liberum arbitrium possunt fieri vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere quod in eis nullatenus sit potestate. vel quod sine ipsi dispositione eque fieret. in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

Ex supra posita descriptio liberi arbitrii non convenit deo. nec his qui glorificati sunt.

Et quidem secundum pre-

dictam assignationem in his tamen videtur esse liberum arbitrium qui voluntatem mutare et in contraria possunt deflectere. In quorum videlicet potestate est eligere bonum vel malum. et utrumlibet secundum electionem facere vel dimittere. Secundum quod nec in deo nec in his omnibus: qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati. ut iam peccare nequeant liberum arbitrium esse nequit. Sed quod deus liberum arbitrium habeat Augustinus docet in libro xxij. de civitate dei ita indicens. Lerte deus ipse nunquam quod peccare non potest. ideo liberum arbitrium habere negandus est. Ambrosius in libro de tri-

Qualiter in deo accipitur liberum arbitrium.

Sed aliter accipitur

liberum arbitrium in creatore quam in creaturis Dei etenim liberum arbitrium dicitur eius sapientissima et omnipotens voluntas. que non necessitate: sed libera bonitate omnia facit prout vult. Ideoque Hieronymus attendens non ita esse liberum arbitrium in deo sicut est in creaturis. ab ipso videlicet liberum arbitrium excludere in omelia quadam de filio perditionis dicens. Solus deus est in quem peccatum non cadit: nec cadere potest. Cetera cum sint liberi arbitrii in utranque partem flecti possunt. Deum autem cetera. indicat liberum arbitrium sicut est in

Ex in voce liberum arbitrium.

Ambrosius.

Hieronymus.

ceteris non ita esse in deo.

¶ Angeli et sancti qui iam bti sunt habent liberū arbitriū.

Angeli & sancti

qui iam cum dño feliciter viuunt. atq; ita g̃tia beatitudinis confirmati sunt vt ad malum flecti nō velint nec p̃nt: libero arbitrio non carēt. Unde Aug⁹. in li. xxiij. de ciuitate ait. Sicut p̃ma immortalitas fuit quam peccando Adā pdidit posse nō mori. ita p̃mum liberū arbitriū posse nō peccare. nouissimū nō posse peccare. Idē in ench. Sic oportebat p̃us hominē fieri. vt bene velle posset & male. Postea vero sic erit vt male velle nō possit. nec ideo carebit libero arbitrio.

Augusti

¶ Liberius erit arbitriū qm̃ peccare n̄ poterit.

¶ Multo quippe liberi⁹ erit arbitriū quod omnino non poterit fuire peccato: necq; aut volūtas nō est. aut libera dicenda nō est. q̃ beati sic esse volumus. vt esse miseri nō solū nolimus. sed nequaquā p̃sus velle possimus. Sicut ergo anima nra nūc habet nolle infelicitatē. ita nolle iniquitatem semp̃ habitura est. Sed ordo fuāduis fuit quo deus voluit ostendere q̃ bonū sit animal rationale q̃ etia peccare possit. q̃uis sit meli⁹ q̃ peccare non possit. Ecce his vobis euidenter astruit q̃ post beatitudinis p̃firmationē erit i hoc libero arbitriū quo peccare non poterit. & nunc in angel est et i sanctis qui cum dño sunt. & tanto v: i q̃ liberi⁹ quāto a peccato immuni⁹. & ad bonum p̃nuius. Quo em̃ quisq; ab illa fuit: te: de qua scriptum est. Qui facit peccatū suus est peccati. longius absistit. tanto in eligendo bonum liberi⁹ habet iudicium. Unde si diligēt inspicias liberū videt̃ dici arbitriū. quia sine coactione & necessitate valet appetere vel eligere q̃ ex rōe de creuerit.

Euldes & sufficiens rō q̃re dicit eē liberū arbitriū

De libertatis arbitrii differentia p̃m diuersa tpa.

Ex predictis p̃spi

cuū sit q̃ maior fuit libertas arbitrii p̃ma q̃ secunda. & tertia m̃o maior q̃ secūda vlt p̃ma. p̃ma em̃ libertas arbitrii fuit i qua poterat peccare & nō peccare. Ultima nō erit in qua poterit non peccare. & non poterit peccare. media nō in q̃ pōt peccare. & nō pōt nō peccare. an̄ reparatōz etia mortaliter post repationem nō saltem venialiter.

De quattuor statibus liberi arbitrii.

Et possunt i homi

ne notari quattuor stat⁹ liberi arbitrii. An̄ p̃ctū est d bonum nil impediēbat. ad malum nō impellebat. Nō habuit infirmitatem ad malū. & habuit adiutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio iudicare & voluntas sine difficultate bonū appetere poterat. Post p̃ctū nō an̄ repationem g̃re p̃mitur a p̃cupia & vincit. & h̄ infirmitatez in malo: sed non habet g̃ram in bono. et iō pōt peccare & non pōt nō peccare: etia dānabiliter. Post repationem nō an̄ p̃firmationem p̃mitur a concupiscentia: sed nō vincitur. & habet quidem infirmitatem in malo: sed gratiam in bono. vt possit peccare p̃pter libertatem & infirmitatem. & possit nō peccare ad mortem propter libertatē & gratiam adiuuantem. nondū tñ h̄z posse omnino non peccare vel non posse peccare p̃pter infirmitatem nondū p̃fecte absorbtaz. & p̃pter gratiam nō dum plene cōsummatam. Post confirmationem nō infirmitate penitus consumpta & g̃ra cōsummata. nec vinci poterit nec p̃mi. & tunc habebit non posse peccare

De corruptione liberi arbitrii per peccatum.

Unde manifestuz

est q̃ p̃ter alias penalitates p̃ p̃ctō illo incurrit hō penā in corruptōe & dep̃sitiōe liberi arbitrii. Per illō nāq; p̃ctū naf̄ alia bōa i ip̄o hōie corrupta sunt & g̃tuita detracta. Hic est em̃ ille q̃ a latronib⁹ vulnerat⁹ est & spoliat⁹. Vulnerat⁹ q̃dē in naturalibus bonis q̃b⁹ nō ē p̃uar⁹. alioq̃ nō possz fieri reparatio. Spoliat⁹ nō g̃tuitis q̃ p̃ g̃ram natura lib⁹ addita fuerāt. Hec sunt data optima & dōa p̃fecta. Quorū alia sūt corrupta p̃ p̃ctū. i. naturalia. vt ingenū. mēoria. intellect⁹. alia s̄tracta. i. g̃tuita. quāq; & naturalia ex g̃ra sint. Ad genera ē dei q̃pe g̃tiam p̃tinēt. Sepe tñ h̄mōi fit distictio cuz g̃re vocabulū ad sp̄z nō ad gen⁹ refertur. Corrupta ē g̃libtas p̃ p̃ctū & ex p̃te p̃dita. Un̄ Aug⁹. in ench. Libero arbitrio male vtēs hō & se pdidit & ip̄m. Cū em̃ libo arbitrio peccaret: victore p̃ctō amissum ē & liberū arbitriū. A quo em̃ quis deuictus est

Augusti

huic seruis addictus est. Ecce liberū arbi-
trū dicit hoīem amississe. nō quia post pec-
catum nō habuerit liberū arbitriū. sed quia
libertatem arbitrii pdidit. nō quidē omnem
s̄ libertatē a miseria ⁊ a peccato.

De tribus modis libertatis ar-
bitrii.

Est nanqz libertas

triplex. s̄ a necessitate. a peccato. a miseria.
A necessitate ⁊ aī peccatū ⁊ post eque libe-
rum ē arbitrium. Sic em̄ tūc cogi nō pote-
rat ita nec modo. Ideoqz volūtas merito
apud deū iudicat̄ que semp a necessitate li-
bera est ⁊ nunqz cogi pōt. vbi necessitas ibi
nō est libertas. vbi nō est libertas. nec vo-
lūtas ⁊ ideo nec meritū. Hec libertas in oī
bus est tā in malis q̄ in bonis. Est ⁊ alia
libertas a peccato. s̄ de qua dicit apostol⁹.
Ubi sp̄s dñi ibi libertas. Et vitas in euā-
gelio. Si filius vos liberauerit vere liberi
eritis. Hec libertas a seruitute peccati libe-
rat ⁊ seruos iusticie facit. sicut ecōuerso ser-
uitus peccati liberos iusticie facit. Unde
apostol⁹. Liberati a peccato serui facti estis
iusticie. Et item. Cum serui essetis peccati
liberi fuistis iusticie. Hanc libertatem pec-
cando homo amissit. Ideoqz Aug⁹. dicit. qd
homo male vtens libero arbitrio: ⁊ se per-
dit ⁊ ipsum. quia perdita est p̄ peccatum li-
bertas. nō a necessitate sed a peccato. Qui
em̄ facit peccatū. seruus est peccati.

De libertate
a necessitate.

De libertate
a peccato.

Qui habent hanc libertatez sez a
pctō et per quid.

Istam liberattem

que est a peccato illi soli nunc habēt quos
filius p̄ grām liberat ⁊ reparat. nō ita qd pe-
nitus sint sine pctō in hac mortali carne. s̄
vt in eis peccatuz nō dñef neqz regnet. Et
hec est vera ⁊ bona libertas que bonaz pa-
rit seruitutem. s̄ iusticie. Vñ Augustin⁹ in
ench. ait. Ad iusticiā faciendam nō erit ali-
quis liber nisi a peccato liberat⁹: esse iusti-
cie ceperit seruus. ⁊ ipsa est vera libertas
ppter recti facti leticiam. simul ⁊ pia serui-
tus ppter precepti obedientiam. Est alia
libertas nō vera male seruituti adiuncta. q̄
ē ad malū faciendū vbi ratio dissentit a vo-
luntate iudicans nō esse faciendum qd vo-
luntas appetit. Ad bonū vero faciendū cō-
cordat ratio voluntati. ⁊ ideo ibi vera liber

tas est ⁊ pia. De libertate autē ad malum ⁊
seruitute mala ait Aug⁹. in ench. Serui ad
dicti peccato. s̄ que potest esse libertas nisi
qñ eum peccare delectat. Liberaliter enim
seruit qui sui dñi voluntatez libenter facit.
ac p̄ hoc ad peccatū liber ē. qui peccati ser-
uus est.

Questio de libertate ad maluz
an sit ipa libertas liberi arbitrii an
alia

Hic qri pōt vtruz

hec libertas qua quis liber est ad maluz sit
libertas arbitrii? Si em̄ libertas arbitrii est
bonū quidem est. quia libertas arbitrii bo-
num naturale est. Quibusdā videt̄ qd sit ip-
sa libertas arbitrii. que semp bona est. s̄ p-
pter peccati seruitutem ad malum sit liberi-
or ⁊ pronior. ⁊ ideo dicitur non esse vera li-
bertas. quia ad malum est. Alii autem vi-
detur qd hec libertas ad malum quam su-
pra cōmemorauit Aug⁹. nō sit ipa libertas
arbitrii. sed sit quedā pronitas peccandi et
curuitas que ex peccato est. ⁊ mala est.

Respon-
sio
quodam.

Questio alia de libertate ad bo-
num. an ipa sit libertas arbitrii an
non.

Similiter etiā que

ri solet vtrū illa libertas vera que est ad iu-
sticiam faciendam sit ipa libertas arbitrii?
Quidam dicunt illam eandem esse: sed re-
paratam p̄ grām: qua iuuante libera est ad
bonum sine gratia nō non est libera ad bo-
num. Unde Aug⁹. in ench. Ista libertas
ad bene faciendū vnde erit homini addi-
cto ⁊ vendito sub peccato: nisi euz redimat
qui dicit. Si filius vos liberauerit: vere li-
beri eritis. Que d̄ anteqz fieri in homīe in-
cipiat. quō q̄sqz de libero arbitrio gloriat̄
qui nōdum est liber ad opanduz bñ. Ecce
apte ostendit liberū arbitriū p̄ grām libera-
ri. vt p̄ illud bñ opes quis. Ideoqz dicunt
illā libtatē veram q̄ est ad bñ faciendū
cui⁹ supra meminit Aug⁹. esse libtatē ipaz
arbitrii grā dei liberatā ⁊ adiutā. Alii nō
putāt. nō esse ipam arbitrii libtatē: s̄ aliā
quandā q̄ ex grā ⁊ libero arbitrio in mente
hoīs deo opante incipit esse cū repar⁹ est.

Respon-
sio
quodam.

Secū-
da
alio.

Certa determinatio vtriusqz que-
stionis qua dicit̄ libertas ad bonū
et ad malū esse libertas arbitrii. n

Veruz nobis ma-

gis placet vt ipa libertas arbitrij sit. ⁊ illa qua p̄us liber est ad maluz. ⁊ illa qua q̄s li ber est ad bonū faciendū. Ex causis em̄ va rijs sortif diuerfa vocabula. Dicit enim li bertas ad malū faciendū anteq̄ p̄ gratiam sit reparata. sed cū p̄ gratiam fuerit repara ta dicit libertas ad bonum faciendū. quia añ gratiam libera est voluntas ad malum. p̄ gratiam ⁊o libera fit ad bonuz. Semp̄ q̄ voluntas hoīs aliquo mō libera est: s̄ non semp̄ bona est. Non em̄ est bona: nisi a pec cato liberata. est tñ a necessitate libera. Cñ Aug⁹. in li. de gr̄a ⁊ libero arbitrio. Semp̄ in nobis voluntas libera est: sed nō sp̄ bōa est. Aut em̄ libera est iusticie qñ fuit pecca to. ⁊ tunc est mala. aut a peccato libera est: qñ fuit iusticie. ⁊ tunc est bona.

De libertate a miseria. o

Est iteruz libertas

a miseria. de qua apls ait. Et ipa creatura liberabit̄ a fuitute corruptionis in liberta tem glorie filioꝝ dei. hanc libertatem ha buit hō ante peccatū. qz omni carebat mise ria ⁊ nulla tangebaf molestia. ⁊ pleni⁹ ha bebūt in futura beatitudine vbi miser eē nō poterit. Sed in hac vita que est inter p̄mū peccatum ⁊ vltimam confirmationem: ne mo a miseria liber est. quia penam peccati non caret.

Repetit de corruptione liberi ar bitrij. vt addat alia. p

Ex predictis appa

rot in quo p̄ peccatū sit imminutū vel cor ruptum liberū arbitrium. qz ante peccatuz nulla erat homini difficul:tas. nullūqz impe dimentū de lege mēbroꝝ ad bonū. nulla impulsio vel instigatio ad maluz. Nūc au tem p̄ legem carnis ad bonum impeditur: ⁊ ad malū instigat. vt non possit velle ⁊ p̄ ficere bonū nisi p̄ gr̄am libere ⁊ adiuue. qz ait apls. Peccatū habitat in carne. Li berū q̄ arbitriū cum sp̄ ⁊ in singul sit libez nō est tñ parif liberū in bonis ⁊ in mal. et ad bona ⁊ ad mala. Liberi⁹ est em̄ in bonif vbi liberatū est: q̄ in mal vbi liberatuz nō est. Et liberius est ad maluz qd̄ p̄ se p̄r: q̄ ad bonū. quod nisi gratia libere ⁊ adiuue tur: non potest.

Q: nō ē parte libe. ar. in bo nis ⁊ in mal: ad bona ⁊ ad mala

De libertate que fit ex gr̄a et que ex natura. q

Libertas ergo a

peccato ⁊ a miseria p̄ gr̄am est. libertas ⁊o a necessitate p̄ naturam. Atranqz liber tatem nature. s. ⁊ gratie notat apostol⁹ cuz ex persona hominis non redempti ait. Ad le adiacem̄ mibi. p̄ficere autem bonū nō in uenio. ac si diceret. habeo libertatez gratie Ideo non est apud me p̄fectio boni. Nā voluntas hoīs quam naturaliter habz. nō valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel ope implendū: nisi p̄ gratiam libere ⁊ adiuue. Libere quidem vt velit. ⁊ adiu uetur vt p̄ficiat. Quia vt ait apls. Nō est volētis velle neqz currentis currē. i. opari s̄ misertis dei: qui opat̄ in nobis velle et opari bona. cuius gr̄am non aduocat ho minis volūtas vel opatio: sed ipa gr̄a vo luntatem p̄uenit p̄parando vt velit bonū: ⁊ p̄paratam adiuuat vt p̄ficiat.

Quid possit p̄ se hoīs vo lūtas. ⁊ qd̄ p̄ gr̄am.

Ista est distinctio. xxv. huius se

cūdi libri. In q̄ m̄gr postq̄ egit de libero arbitrio. p ut est in omnibus in generali. agit de eo. put est in q̄ busdam in sp̄ali. Et tria facit. Primo enim ostēdit respectu quo: n̄ sit liberum arbitriū. ⁊ q̄ aliter sit in deo. ⁊ aliter in homine. ⁊ aliter in angelo. Secūdo quomō differenter ad bonum vel malum se habeat in viatoribus. Tertio qualiter ipm̄ modo debilitatū sit ex peccato. Primum facit a p̄ncipio distinctionis vsqz ibi. Dic queri potest. Secūdu ab inde vsqz ibi. Ex predictis apparet. Tertium ⁊o vsqz ad finem di stinctionis. In speciali sententia magistri stat in tri bus p̄positionibus. quarum p̄ma est bec. Libere arbitriū quod solum respectu futuroꝝ cōtingentiū est in viatoribus aliter in deo. aliter in angelis ⁊ al ter est in hominibus. Hanc m̄gr ponens dicit q̄ libe rum arbitriū p̄bi diffimētes dixerūt hoc esse libez de voluntate iudicium. eo q̄ libere possit moueri ad hoc vel ad aliud. non sūt attendif libertas arbitrij respectu p̄sentium aut p̄teritorū. qz p̄ntia ⁊ p̄terita determinata sunt. nec subiacent nostre volūtat̄ facultati. sed solum respectu futuroꝝ contingentuz que solum humane subsunt p̄nti. Et subdit q̄ libe rum arbitriū dissimiliter est in deo. nobis ⁊ angel beatis. Nam in deo est omnino liberum arbitrium a feruitate peccati. In angel beatis confirmatū p̄ gra tiam. In nob̄ aut̄ est flexibile in bonū vel in malum. Cñ fm̄ q̄druplicē hoīs statū q̄druplex assignat̄ i ho mine fuisse libtas. in statu innocētie erat libertas in hoīe q̄ potuit peccare ⁊ nō peccare. in statu beantu dinis seu patrie. erat in eo libertas q̄ nullo mō pote rat peccare. In isto statu vie post p̄ctm̄ añ repardey habuit libertatem q̄ non potuit nō peccare etiā mor talit̄. In statu ⁊o post p̄ctm̄ ⁊ post reparationez ante gr̄am habet libertatē q̄ hō nō p̄t peccare ventalit̄. Arguit hō p̄t peccare mortalit̄ post p̄ctm̄ ⁊ post re parationē ante statum glorie. ergo illud dicit m̄gr̄i nō vidz vere esse assumendū. s̄cedēs p̄bas. qz ille p̄t peccare mortaliter qui habet potentia ad oppo

sita existentem. Sed homo in illo statu etiam habet ad opposita potentiam inclinatum. ergo potest etiam mortaliter peccare. malo: nota est. Sed minor pars ex hoc qd homo habet in illo statu potentiam rationalem que est ad opposita. Solutio satis manifesta est et patet ergo dimittit. Ex quo infert correlatiu qd liberu arbitriu p peccatu est vulneratu et expoliatu. vulneratum quo ad naturalia. expoliatum quo ad gratuita que duo homo sine gratia non potest reparare. sic aliquis qui seipsum occideret. ille non posset p se ad vitam redire. qm non ens non potest esse alicuius rei. pducibile pncipium. Sed p interfectionem occisus factus est non ens. ideo p se non potest ad vitam redire. licet tamen possibile sit p virtutem diuinam. als no sequeret em q idem esset inijpsum pncipium productiuum quod contradictionem implicat. Subdit etiam q sit triplex libertas. Prima est a coactione. et illa semp fuit et manet in hominibus in oi statu. Alia est libertas a miseria. et illa habuit liberu arbitriu in statu innocentie. et habebit ipm in statu beatitudinis et glorie. Tertia est libertas a peccatis que soluz est in hominibus viatoribus: qui fm gratiaz a peccatis liberant. Unde infert q etiam sicut seruus iusticie e liber a peccatis. sic seruus peccati est liber a iusticia. non tamen ppter hoc seruus peccati est liber dicens. eo q libertas a iusticia. s. non sit vera libertas celsenda. Secunda ppositio est hec. Quauis ho solo libero arbitrio mediante non possit pfecte p se in bonum p se tamen ipo solo mediante pot in malu. Hac magister probans querit. Utrum in hoie ad bonuz et ad malu faciendum sit libertas arbitrij? Ad quod respondens recitat duas opiniones et postea sententiam suam pponit. Prima opinio dicit q sola libertas arbitrij etiam nullo addito facit homine liberuz ad bonum vel ad malu faciendum. Secunda dicit. q non sola libertas arbitrij efficiat. sed mediate alioquo alio addito ita q pronitas ad peccandum addito libero arbitrio moueat ipm ad malu. gra ho ip si apposita moueat ipm ad bonum. Sed magister ponens sententiam suam dicit. q vtruz sit a libero arbitrio. s. et posse in bonum et posse in malu. ita q posse in malu habeat homo ex se. posse autem in bonum mediante gratia. sine qua non potest quis in bonum nisi valde debilitate. Et hoc confirmat magister auctoritate beati Augustini. Tertia ppositio e hec. In hominibus liberum arbitrium est quodammodo p peccatum minutum. Hanc magister probans dicit. q ex predicis patet q liberum arbitrium sit i homine per peccatum minutum seu quodammodo in sua libertate corruptum. quia ante peccatum homo potuit sine difficultate moueri in bonum. quod post peccatum non potest lege membrorum repugnante. eo q p peccatum recepit difficultatem ad bonum et inclementum. seu pronitatem ad malu. q ante peccatum non habebat. Et libertas nature. id est libertas a coactione. quam libertatem nature vocat. eo q p naturam inest et etiam cuiuslibet non sufficit ad bonum pficiendum. si non assistit libertas gratie. id est libertas a miseria et peccato. ita q p liberum arbitrium nullus potest velle bonum: nisi liberatus a fuitate peccati: neqz pficere bonum nisi adiutus gra assistente. qd pbat p illud apostoli. Non est volentis neqz currentis sed dei misericordie: q opatur in nob velle et pficere. Et tunc in spzali.

De gratia operante et cooperante.

Ece est gratia DI. XXVI

b operans et cooperans. Operans enim gra pparat hois voluntatem vt velit bonum. Hra cooperans adiuuat ne frustra velit. Aug. in li. de gra et libero arbi. Coopando de nob pficit qd opando incipit. qz ipse vt velim' opaf incipiens. q volentibus cooperatur pficiens. Aug. Et q velimus opaf. Lu autem volumus et sic volumus vt pficiam' : nob coopatur. et tunc sine illo vel opante vt velimus: vel coopante cu volumus bona pietatis opa nihil valemus. Ecce his verbis satis apif que sit opans gra: et q cooperans. Opans enim gra est que puenit voluntatez bonam. ea em liberaf et pparaf hois voluntas vt sit bona. bonumqz efficaciter velit.

Coopans vero gra voluntatem iam bonam sequit adiuuando. Aug. Julianu hereticu qui bona voluntatem ex libero arbitrio tunc esse dicebat. atqz hoicm p liberuz arbitriu posse bonu velle et opari sine gra assererat ait. Apram de comendatione gratie apls sententia ptulit cum ait. Aug. Non est volentis neqz currentis: sed dei misericordie. Hec si attenderes Juliane. non extenderes contra gram merita voluntatis humane. Non enim ideo miseret de' alicui' qz voluit et cucurrit: sed ideo voluit et cucurrit. qz miseret e deus. Idem enim voluntas hois a deo: et a dno gressus hois dirigunt. Aug. Non congrue ait. Non est volentis neqz currentis: sed misericordie dei. Non qz sine voluntate nra agat: sed qz voluntas nra nil boni agit: nisi diuinitus adiuuet. Aug. In alibi apls ait. Non asit ego s gra dei mecu. Non ideo dicit qz nihil boni agebat: s qz nihil boni ageret: si illa no adiuuaret. Aug. In his testimonijs apte insinuat: qz voluntas hois gra dei puenit atqz pparaf vt fiat bona: no vt fiat voluntas. qz et an gram voluntas erat: s non erat bona et recta voluntas.

Quid sit voluntas. b Voluntate ipsam

Aug. in li. de duab' aiab' ita diffinit. Voluntas e ai mor' cogete nillo ad aliqd no admittendu' l' adipiscendu'. h at vt no admittat ma' u' et adipiscat bonu puenit et pparaf dei gra. Aug. In apls gra puenit et sbscquentes comedias. i. opante et coopante vigilat dicit. Non e volent' neqz current' s dei misericordie. et si econtrario. no e misericordie dei s volent' et current'

Augusti.

Que sit gratia operans et cooperans.

De pfectione iusticie.

Augustinus ad Paulinu.

De gra operante et coopante et hois voluntate.

Nam si vt quibusdam placuit qđ dicitur est ita accipiat. Non est volentis neq; currentis: s; miserentis dei. tanq; diceret. nō sufficit sola voluntas hominis: si nō sit etiā misericordia dei. Contra dicitur non sufficit etiā misericordia dei si non sit etiā voluntas hominis. Ac per hoc si recte dicitur est. Quid. quia id voluntas hominis sola nō implet. cur non etiā a contrario recte dicitur: non miserentis est dei: sed volentis est hominis cum id misericordia dei sola non impleat. Homo enim credere vel sperare non poterit: nisi velit. nec puenire ad palmā: nisi voluntate currat. Restat igitur vt ideo ita recte dictum intelligat. vt totū deū deo q; hoīs voluntatem bonā puenit et pparat adiuuandam. et adiuuat pparatam. nolentē preuenit vt velit. volentem subsequit ne frustra velit. Ecce his verbis et alijs premisis euidenter tradit q; voluntas hominis pparatur et puenitur grā dei vt velit bonum. et adiuuat ne frustra velit.

ex bona voluntas comitatur gratiam. c

Itaq; bona voluntas

comitat grā: non gratia voluntatez. Unde Aug^o. ad Bonifacium papam scribens contra pelagianos inqt. Cū fides impetrat iustificationem sicut vniciq; deus pmitus est mensurā fidei. non grā dei aliquid meriti pcedit humani. sed ipsa mereatur augeri. vt aucta mereatur et p fici voluntate comitante: non ducente. pedisseq; nō preuia. Ecce hic apte habes q; gratia puenit bōe voluntatis meritū. et ipsa bona voluntas pedissequa est gratie non pua.

Que sit grā voluntatem pueniēs scz fides cum dilectiōe. d

Et si diligenter in-

tendas nihilominus tibi monstrať que sit ipsa grā voluntatem pueniēs et pparans. scz fides cum dilectiōe. Ideoq; Aug^o. in eodem tractans quō iustificati sumus ex fide et in gratis. vtrunq; enim dicit apls qui dicit. Iustificati ex fide. alibi ait. Iustificati gratis p gratiam. Hoc em̄ ideo dixit: ne fides ipsa supba sit ne dicat sibi: si ex fide iustificati. quō gratis? Qđ em̄ fides mereť

cur non poti? reddif qđ donat. Non dicat hō ista fidelis. qz cum dixerit habeo fidem vt merear iustificationem. Respondeť ei. Quid habes qđ non accepisti? Fides em̄ qua iustificatus es: gratis tibi data ē. Hic apte ostendit q; fides est causa iustificationis. et ipsa est gratia et beneficiū quo hominis puenitur voluntas et pparat. Cū Augustinus in pmo libro retractationuz. Voluntas est qua et peccatur et recte viuatur. Voluntas vō ipsa nisi dei gratia liberetur a fuitute qua peccati sua facta est. et vt vitia superet et adiuuetur. recte pieq; vitia a mortalibus non potest. et beneficiū quo liberat nisi eam pueniret iam meritis daretur. et non esset gratia: que vtiq; gratis datur. Preuenitur ergo bona hominis voluntas illo gratie beneficiū quo liberat et pparatur. Et illud beneficiū fides christi recte intelligit. sicut Aug^o. in ench. euidenter ostendit dicens. Ip̄m arbitrium liberanduz est post illam ruīnam a seruitute peccati. Nec omnino per seipsum: sed per solam dei gratiam que in fide christi posita est liberatur et voluntas ppareť. Ecce aperte dicit gratiam per quam liberat arbitrium et pparatur voluntas. sitam esse in fide christi. Fides enim christi (vt in eodem ait) impetrat quod lex imperat.

De beneficio quo voluntas liberat

ex voluntas bona que preuenitur gratia quedam dei dona preuenit e

Ipsa tamen eadez

voluntas quedam grē dona puenit. Unde Aug^o. in ench. pcedit bōa voluntas hominis mltā dei dona: sed non oīa. que aut non pcedit: ipsa in eis est et ipsa iuuat. Naz vtrūq; legit in sanctis eloquijs. Et misericordia eius puenit me. et misericordia dei subsequetur me. Volentem quippe puenit vt velit. volentem subsequitur ne frustra velit. Cur em̄ ammonemur orare p inimicis nostris nolentibus pie viuere: nisi vt deus in eis operet et velle. Itēq; cur ammonemur petere vt accipiamus: nisi vt ab illo fiat quō volumus a quo factum est vt velim? Inde apls ait. Nō est volētis neq; currentis: sed dei miserētis. Ex his apparet q; bōa hoīs voluntas qđā dōa dei puenit. quia eā comitat gratia adiuuans. et quibusdam preuenit. quia eam puenit gratia operans. scz fides cum charitate.

Que predictis videant aduersari
scz qd videt dici fidem esse ex vo-
luntate. f

Non est tamen igno-

randum quod alibi Augustinus signifi-
ca re videt qd ex voluntate sit fides. de illo v-
bo apostoli. Corde credit ad iusticiam. ita
sup Johannem tractans. Ideo non sim-
pliciter apostolus ait credit. sed corde cre-
ditur. quia cetera potest homo nolens. cre-
dere non nisi volens. intrare ecclesiaz et acce-
dere ad altare potest nolens sed non crede-
re. Itz sup Genesim vbi Laban et Batu-
el dixerunt. Vocem puellam et queram
eius voluntatem. dicit expositor quia fides
est voluntatis non necessitat. Ad quod
respondentes dicimus. non hec ita accipi-
enda fore vt ex voluntate hominis fides in-
telligatur prouenire cu ipsa sit proprie dei
donum. vt ait apostolus. et ex ea bona ho-
minis merita incipiant. Per hanc enim vt
ait Augustinus super psalmum. lxxvj. iusti-
ficatur impius. id est. fit de impio pius. vt
deinde ipsa fides incipiat per dilectionem
operari. vnde omnia bona merita incipiunt
Sed potius hec idco ita dicta sunt. quia non
est fides nisi in eo. qui vult credere cuius bo-
nam voluntatem fides preuenit non tempo-
re sed causa et natura. Unde Augustinus
supra congruenter dixit. qd bona voluntas
in eis donis est que non precedit. et ipsa in-
uit. quia ea iuuat quibus preuenit du eis
consentit ad effectum boni et in eis est. quia
tempore ab eis non precedit.

Quedam adhuc addit que grauo-
rem faciunt questionem. scilicet qd cogita-
tio boni precedit fidem. S

Ceterum hac que-

stionem magis acunt. et vident vba Au-
gustini quibus in libro de predestinatione
sanctorum vitur ptractans illud verbum
apostoli. Non qd sufficientes sumus cogita-
re aliquid quasi ex nobis. Attendant inquit
hic et verba ista perpendant: qui putant ex
nobis esse fidei ceptum. et ex deo esse fidei sup-
plementum. Comendans enim ista gram que
non dat sibi aliqua merita. sed efficit omnia
bona merita inquit. non qd sufficientes sumus
cogitare aliquid boni. scilicet ex nobis. Quis au-
tem non videat prius esse cogitare qd credere

Nullus quippe credit aliquid nisi prius cogita-
uerit esse credendum. Si ergo cogitare bonum
non est ex nobis. vt hic aplos tradit: nec cre-
dere. quia qd et ipm credere nihil est aliud qd cu
assentione me. cogitare. Hic videt insinu-
are qd cogitatio bona pcedat fide. et ita bo-
na voluntas puenit fidem. non pueniat. qd
predictis aduersari videt. Ad hoc aut di-
cimus qd aliqui cogitatio bona siue volun-
tas puenit fidem. sed non est illa bona volun-
tas vel cogitatio qua recte viuif. Illa enim
sine fide et caritate non est. Na vt ait Aug.
ad Anastasium. sine spiritu non est voluntas
hominis libera. cuz cupiditatibus vincat
non est libera ad bonum nisi liberata fuerit. Non
autem liberat nisi p spiritum sanctum diffunda-
tur charitas in cordibus. non est libera volun-
tas nisi eaz liberet gra p legem fidei. id est.
non est libera sine fide opante p dilectionem
et illa sufficienter bona est. Non est enim fructus
bonus qui de charitatis radice non surgit.
Si vero assit fides opans p dilectionem: fit de-
lectatio boni.

De illa cogitatione boni que prece-
dit fidem plene disseritur. b

Illam autem cogita-

tio siue voluntas que fidem et charitatem alia
qz iustificatōes pcedit non sufficit ad salutem
nec recte ea viuif hac voluntate concupiscit
illa bona voluntas que est magni boni. ista
veronō. Alia ergo illa est voluntas siue co-
gitatio: alia ista. Et sicut illa istam pcedit.
ita illam preuenit intellectus Unde Aug.
istam distinguens sup illum locū ps. Con-
cupiuit anima mea de si. iu. ait. Concupiuit de-
siderare inquit. non desiderauit. Eadem enim
rōne nonnunqz qz vtilis sunt iustificatōes
dei. s. infirmitate ppediri aliqui non desidera-
mus. p. reuolat qz intellectus. sequit tardus
aut nullus affectus. Scimus bonum nec de-
lectat agere. et cupimus vt delectet Sic iste
olim desiderare concupiscibat. que bona esse
cernebat. cupiens eorum habere delectatio-
nem quorum potuit videre rationem. Oste-
dit itaqz quibus qsi gradibus ad eas puenia-
tur. paus enim est vt videant qz sunt vtilis et
honeste: deinde vt earum desiderium concu-
piscat. Postremo vt pficiant gratia deie-
cet earum opatio quarum sola ratio delecta-
bat. Att. n. de hunc ordinem gratiarum
quem hic distincte assignat Augustinus. o. dicit qz
qualiter scz intellectus bonorum precedit

Ratio cui de-
terminatione

Quid sit cre-
dere.

Determinat

Aug.
rim. et
Aug.
p. 100.

Quod ab
bona
beq.

Quid sit
cognitio boni
et mali. volun-
tatem pcedit

Augusti.

S. om. verba
Aug. qz
o. dicit qz

concupiscentiam eorundem. et ipsa concupiscentia delectationem que sit per fidem et charitatem. qua habita vere bona est voluntas qua recte vivit. Ipsa quoque fidei comes est non pura. Qui verba Augustini premissa sine hanc distinctionem considerat. nullam ibi repugnantiam fore advertit. non ignorans etiam ante gratiam prevenientem et operantem qua voluntas bona preparat in homine: precedere quodam bona ex dei gratia et libero arbitrio. quodam etiam ex solo libero arbitrio quibus tamen vitam non mereatur: nec gratiam quam iustificatur. Illius enim gratie precipiende que voluntatem hominis sanat. ut sanata legem impleat. nulla merita precedunt. Ipsa est enim quam iustificatus simpliciter iustus. qui prius erat impius meritis aut impius non gratia sed pena debetur. nec ista esset gratia si non daretur gratuita. Datur autem gratuita. quia nil boni ante feceramus unde hoc mereremur. Non negamus tamen multa ante hanc gratiam et propter hanc gratiam ab homine fieri bona per liberum arbitrium. ut tradit Augustinus in responsione contra pelagianos. ubi dicit homines per liberum arbitrium agros colere. domos edificare. et alia plura bona facere sine gratia cooperante.

Quod aliqui gratia iustificationis multa in homine procedit bona quodam ex gratia et libertate arbitrii tamen

Augustinus de spiritu et littera. Augustinus ad Simonem.

Quod ab homine bona sunt per liberum arbitrium

Utrum una eademque sit gratia que dicitur operans et cooperans.

Hic considerandum

est cum predictum sit per gratiam operantem et prevenientem voluntatem hominis liberari ac preparari ut bonum velit et per gratiam cooperantem et subsequente adiuvari. ne frustra velit. utrum una et eadem sit gratia. id est unum munus gratie datum quod operatur et cooperatur. an diversa alteri et alteri cooperatur? Quibusdam non irrationabiliter videtur quod una et eadem sit gratia. id est donum. eadem virtus que operatur et cooperatur. sed propter diversos eius effectus et dicitur operans et cooperans. Operans enim dicitur in quantum liberat et preparat voluntatem hominis ut bonum velit. Cooperans in quantum eandem adiuvat ne frustra velit. id est ut opus faciat bonum. Ipsa enim gratia non est ociosa. sed meretur augeri. ut aucta mereatur profici.

Hic dicitur quod una sit: sed propter diversos effectus dicitur diversa fontemola.

Quid sit ipsa gratia et quomodo mereatur augeri queritur.

Si vero queritur

quomodo ipsa gratia prevenientem mereatur augeri et profici. cum nullum meritum sit absque libero arbitrio. et quod sit ipsa gratia an virtus an non? Et si virtus: an actus vel non. Et hoc apte insinuari valeat premissendum est tria esse genera bonorum. Alia namque sunt maxima. alia minima. alia media. ut Augustinus ait in primo libro retractationum. Virtutes in quibus recte vivitur maxima bona sunt. Species autem quorumlibet corporum sine quibus recte vivit potest: minima bona sunt. Potentie vero animi sine quibus recte vivit non potest media bona sunt. Item virtutibus nemo male utitur. Ceteris autem bonis. id est medijs et minimis. non solum bene: sed etiam male quisque uti potest. et ideo virtute nemo male utitur. quia opus virtutis est bonus usus istorum quibus etiam non bene uti possumus. Nemo autem bene utendo male utitur. Non solum autem magna: sed etiam media et minima bona esse prestat bonitas dei. Ecce habestria genera bonorum distincta.

Augustinus solutus mittit de tribus generibus bonorum.

Idem in libro de libero arbitrio.

In quibus bonis sit liberum arbitrium.

Queritur autem in

quibus bonis contineatur liberum arbitrium. De hoc Augustinus in primo libro retractationum ita ait. In medijs quidem bonis invenitur liberum voluntatis arbitrium. quia et male illo uti possumus. sed tamen tale est ut sine illo recte vivere nequeamus. Bonus autem usus eius iam virtus est: que in magnis reperitur bonis. quibus male uti nullus potest. Et quia bona et maxima et media et minima ex deo sunt. sequitur ut ex deo sit etiam bonus usus libere voluntatis qui virtus est. et in magnis numeratur bonis.

Augustinus.

Attende diligenter que dicta sunt et confer in unum. Sic enim aperietur quod supra querebatur. Dixit equidem opus virtutis esse bonum usum illorum bonorum quibus etiam non bene uti possumus. id est medium in quibus posuit liberum arbitrium. cuius quoque bonum usum dixit esse virtutem. Quod si est. non est ergo opus virtutis quod supra dixit. quia aliud est virtus aliud opus eius.

Premissas autem considerari considerari debet ut possit solui queratur.

Ista est distinctio. xxvj. huius se-
cundi libri. In q̄ m̄gr̄ postq̄ egit de temptatōe per
quam homo cecidit & de libero arbitrio p̄ quod sta-
re potuit. Incipit agere de gr̄a p̄ quā stare debuit.
Et tria facit. Nam p̄mo ponit quādam gr̄e distinctōz
Secundo subdit ipsius gr̄e expressionez. Tertio sub-
iungit p̄mū gr̄e mutuā compatiōz. P̄mū facit vsq̄
ibi. Ita q̄ bona voluntas. Sc̄dm vsq̄ ibi. Die consi-
derandū. Tertium vsq̄ ad finem distinctōis. In spe-
ciali sententia magistri stat in tribus p̄positionibus
quāz p̄ma est hec. Inuaf voluntas h̄mana ad bo-
num p̄ficiendum opante & cooperante gr̄a. Hanc
m̄gr̄ insinuans ponit duplicem esse gr̄am quā libez
arbitrium hoīs iuuatur ad bonū. quarū p̄ma d̄i ope-
rans p̄ueniens volūtatē bonā eā libez & p̄e-
parat voluntas hoīs vt sit bona. & vt bonum effica-
citer velit. Alia est gr̄a cooperatōe que ad voluntatez
bonam & p̄paratā iam sequit̄ adiuuando ne frustra
bonum velit. sed vt bonū velit cō effectu. quā senten-
tiam m̄gr̄ p̄bat auctoritate beati Augustini. Deinde
recitat m̄gr̄ errorem cuiusdam heretici dicētis homi-
nem posse velle bonum opari ex libero arbitrio sine
gr̄a. quem imp̄obatur auctoritate apli dicentis. Non
est volentis neq̄ currentis: sed dei miserentis. Sup̄
quod beatus Auḡ. ait. Non em̄ ideo deus alienus
miseret. q̄ voluit & currit. sed ideo quis vult & cur-
rit q̄ deus sui miseret. Et subdit descriptionē volū-
tatis quam ponit b̄tus Auḡ. dicēs q̄ volūtas ē ani-
mi motus nullo cogente ad aliquid non admittēduz
vel adipiscendum. Annectens q̄ eandem gr̄am quā
sp̄e supra distinxit in opantem & coopantem. etiā vo-
camus p̄cedentem & subsequentem. Sc̄da p̄posi-
tio est hec. Gratia operans q̄ est fides cū dilectōe bo-
nam voluntatem non t̄p̄sed natura & causaliter p̄e-
cedens. ab ipsa voluntate non acquirit̄ aliquo meri-
to. Hanc m̄gr̄ p̄bens dicit. q̄ voluntas vt p̄feret p̄
gr̄am p̄uenientem seu operantē mota ad bonū. tūc
dignior est. i. ipsa voluntas digniorēz dominā. i. gra-
tiam nō p̄uenit. sed sequit̄ ipsam. q̄ nullū meritū vo-
luntatis p̄cedit gr̄am. sed ipsam gr̄am ordine causali-
tatis b̄ni sequit̄. que q̄dem gr̄a operans est fides cū
dilectione. Quod p̄bat p̄ b̄tū Augustinū. Et quib-
us vcrbis manifeste exprimitur q̄ p̄ fidem iustificā-
mur. Et p̄sequens gr̄a operans. i. fides p̄uenit vo-
lūtatē seu meritū volūtatē. Cōtra q̄ obijcit magist̄
duabus auctoritatib̄. Tertia p̄positio ē hec. Gr̄a
opans & cooperatōe vna ex̄tis essentialit̄ s̄m diuersos
eius effectus aliter dicit̄. Hāc em̄ p̄positionē m̄gr̄ p̄-
bens querit. Utrum gr̄a opans & cooperans sint di-
uerse gratie seu vna gratia diuersis vocabulis desi-
gnata. Et r̄ndens dicit q̄ sit vna & eadem gr̄a & idē
donū: t̄m p̄pter diuersos effectus est diuersis noib̄
vocata. Nam in q̄rū liberat voluntatē a malo d̄i ope-
rans. in q̄rū aut̄ adiuuat ad bonū vlt̄r̄ faciēduz
dicit̄ coopans. Et t̄m in sp̄ciali.

De virtute quid sit. & quid sit act⁹ eius. a

Ic videndūz
est quid sit virtus. & q̄d sit act⁹
vel opus eius. Vtr̄ est vt ait
Auḡ bona qualitas mentis q̄ recte viuif-
tur. & qua nullus male vitur. quam deus
solus in homie opaf. Ideoq̄ opus dei tā

tum est. sicut de virtute iusticie. Auḡ. do-
cet sup̄ illum locum psalmi. Feci iudiciū et
iusticiā. ita dicens. Iusticia magna virtus
animi est. quam nō facit in homie nisi de⁹.
Ideoq̄ cū ait p̄pheta ex p̄sona ecclie. Fe-
ci iusticiā. non ip̄az virtutē quā nō facit hō.
sed opus eius intelligi voluit. Ecce apte in-
sinuat hic q̄ iusticia in homie nō est opus
homis: sed dei. q̄d & de alijs virtutibus iti-
dem intelligendū est.

**De fide itidez dicit q̄ nō est ex ho-
mine. sed ex deo tantū.** b

Nam de gratia fi-
dei Ephesis scribens apls. similē fidē nō
ex homie: s̄ ex deo t̄m esse asserit inueniens.
Gratia estis saluati p̄ fidem. & hoc non ex
vobis: dei em̄ donū est. Ad a sanctis ita ex-
ponit. hec. s̄ fides non est ex vi nature n̄re.
q̄ donum dei pure est. Ecce & hic aperte
tradit q̄ fides nō est ex libertate arbitrii si-
ue ex arbitrio voluntatis. q̄ superiorib̄
consonat. vbi dictū est. gr̄am p̄uenientem
vel operantem esse virtutem que volūtatē
homis liberat & sanat. Vñ Auḡ. in li. de
spiritu & littera ait. Iustificati sumus non
p̄ liberam voluntatē. s̄ p̄ gratiam christi.
nō q̄ sine voluntate n̄ra fiat: sed voluntas
nostra ostendit̄ infirma p̄ legem vt sanctū
tia voluntatez. & sana voluntas impleat le-
gem.

**De gratia que liberat voluntatez
que si virtus ē. nō est ex libero ar-
bitrio. et sic nō est motus mentis.**

Si igit̄ gratia que
sanat & liberat voluntatem mentis homis
virtus est. vel vna vel plures. cū ipsa gratia
non sit ex arbitrio voluntatis. sed eā poti⁹
sanet ac p̄paret vt bona sit. consequitur vt
virtus non sit ex libero arbitrio. & ita non
sit motus vel affectus mentis. Cum omis
motus vel affectus mentis sit ex libero ar-
bitrio. sed bonus ex gratia est & libero arbi-
trio. malus vero ex libero arbitrio tantū.
Vñ ait Auḡ. in libro retractationum. Augusti.
Homo sponte & libero arbitrio cadere po-
tuit. non etiam resurgere. Idem in libro de
duabus animabus. Alie si libero ad faci-
endū & non faciendū motu animi careant
sidentiq̄ h̄is abstinenti ab opere suo. p̄t̄s

Exemplū ve-
nit de iusticia
q̄ de alijs in-
dem intelli-
gendum est

Auḡ. de spi-
ritu & l̄ra.

DI. XX
VII

b

Augusti.

nulla cōcedat. earū peccatū tenere nō possumus. Hic apte ostendit q̄ motus animi siue ad bonū siue ad malum ex libero arbitrio est. Ideo q̄ si gratia vel virtus motus mentis est. ex libero arbitrio est. Si nō ex libero arbitrio vel ex pte est. iā nō sol⁹ de sine homine eam facit. Propterea q̄dā nō inrudite tradunt virtutem eē bonā mentis qualitatē. siue formā que animas informat. et ipa nō est motus vel effect⁹ animi. s̄ ea liberū arbitriū iuuat. vt ad bonū moueatur et erigat. et ita ex virtute et libero arbitrio nascit⁹ bonus motus vel affectus animi. et exinde bonū opus pcedit exteri⁹. Sicut pluvia rigat terra et germinet et fructū faciāt. nec pluuia est terra. nec germen. nec fructus. nec terra germen vel fructus. nec germen fructus. Ita gratis ire mentis nō stre. id est. libero arbitrio voluntatis insiditur pluuia diuine bñdictiōis. id ē. inspiratur grā q̄d solus deus facit. non homo cuz eo. quia rigat voluntas hominis vt germinet et fructificet. id ē. sanat et pparat vt bonus velit. fm quod dicit opans. et iuuat vt bonum faciat. fm q̄d dicit cooperans. et illa gratia virtus nō incōgruenominat. q̄z voluntatem hoīs infirmam sanat et adiuuat.

Ex quo sensu dicunt⁹ ex gratia incipere bona merita. et de qua gratia hoc intelligatur.

Luz ergo ex gratia

dicunt⁹ esse bona merita et incipere. aut intelligit gratia gratis dans. id ē. deus. vel potius gratia gratis data. que voluntatē hominis puenit. Nō em̄ est magnum si beca deo dicerent⁹ esse a quo sunt omnia. sed potius eius gratia gratis data intelligitur ex q̄ incipiunt bona merita. que cuz ex sola gratia esse dicant⁹. nō excludit liberū arbitriū quia nullum meritū est in homine q̄d non sit p liberum arbitriū. Sed in bonis meritis cause principalitas gratie attribuitur quia principalis causa bonorum meritoꝝ est ipsa gratia. qua excitat liberum arbitrium et sanatur atq̄ iuuatur voluntas hominis vt sit bona.

q̄ bona voluntas gratie pncipaliter ē. et etiaz gratia est. sic et omne bonum meritū.

Que ipsa etiam do

num dei est et hominis meritū. imo gratie. quia ex gratia principaliter est et gratia est. Unde Augustinus ad Sixtum p̄byterū Augusti. Quid est meritum hominis ante gratiam. cum omne bonum nostrum meritum nō in nobis facit nisi gratia. Ex gratia em̄ vt dictum est que puenit et sanat arbitriū hominis. et ex ipso arbitrio procreat⁹ in anima hominis affectus siue bonus mot⁹ mentis et hoc est p̄imum bonuz hominis meritū. Sicut verbi gratia ex fidei virtute et hominis arbitrio generat⁹ in mēte motus q̄dam bonus et remunerabilis scz ipsuz credere. Ita ex charitate et libero arbitrio ali⁹ quidam motus bonus puenit scz diligere. bonus valde. Sic de ceteris virtutibus intelligendū est. et isti boni mot⁹ vel affectus merita sunt et dona dei quibus meremur. et ipsorum augmentationez et alia q̄ psequēter hic et in futuro nobis apponunt.

Ex qua rōne dicit⁹ fides mereri iustificationem et alia.

Luz ergo dicitur si

des mereri iustificationē et vitā eternam ex ea rōne dictum accipit. quia p actum fidei meret⁹ illa. Similiter d̄ charitate et iusticia et de alijs accipit. Si em̄ fides ipa virt⁹ pueniens diceret⁹ esse mētis actus qui ē meritū. iam ipsa ex libero arbitrio originē haberet. quod quia non ē. sic dicit⁹ eē meritū quia actus ē ei⁹ meritū. si tñ assit charitas sine qua nec credere nec sperare meritum ē vite. Unde apparet vere quia charitas est spūs sanct⁹. que anime qualitates informat et sanctificat. vt eis anima informet⁹ et sanctificet. Sine q̄ anime qualitas nō dicitur virtus. q̄z non valet sanare animā.

De muneribus virtutum et d̄ gratia q̄ nō est sed facit meritū.

Ex muneribus ita

q̄ virtutum boni sumus et iuste viuimus. et ex gratia que non est meritū sed facit: nō tamē sine libero arbitrio pueniunt merita nostra. s̄ boni affectus eozū q̄ pgressus atq̄ bona opa que deus remunerat in nobis et hec ipa sunt dei dona. Unde Augustin⁹ ad Sixtum p̄byterum. Cū coronat deus merita nostra nihil aliud coronat q̄ mune

Qualit⁹ bonū meritū i boīe cōstituit et q̄d sit p̄mū bonū meritum.

Exponit quōd intelligēdū sit illō bon⁹ vsus liberi arbitrii virtus est.

Hic apte ad q̄d p̄dicta tenent vt innotesceret an virt⁹ sit mot⁹ mētis vel non.

Per s̄c̄ ostēdit. et ē cōparatio ster tria et tria.

Qualit⁹ sc̄llit⁹ gat cuz ex sola grā esse dicunt⁹.

ra sua. Unde vita eterna que in fine a deo meritis pcedentibus reddif. quia ⁊ eadez merita quibus reddif nō a nobis sunt. sed in nobis facta sunt per gratiam. recte ⁊ ipa vita gratia nuncupaf. quia gratis datur. Nec idō gratis. quia non meritis dat. sed quia data sūt p gratiam ⁊ ipa merita ⁊ quibus datur.

Epilogus vt alia addat. b

Ex premissis iaz in

notescere nobis aliquaten⁹ potest. qualiter gratia pueniens meref augeri. ⁊ alia. ⁊ qd ipa sit. an x̄tus an aliud. ⁊ si virtus. an sit actus vel non. Ostensum enim est supra ex pte quorūdam qd ipa est x̄tus. quia virtus nō est actus. sed eius causa. nō tamē sine libero arbitrio. Unde quod supra Aug⁹ dixit bonum vsum liberi arbitrij esse x̄tutem ita accipi potest. id est. actum x̄tutis. Alio qn sibi contradicere videref. qui etiaz op⁹ virtutis supra dixit esse bonū vsum eorum quibus nō bene vti possumus. in quib⁹ potuit liberuz arbitrij. Si vero bonus vsum liberi arbitrij opus x̄tutis est. iā x̄tus nō est. Cum ergo bonum vsum eius virtutem esse dixit. nomine virtutis. ipius vsum significauit.

Quidē vsum ē virtutis ⁊ liberi arbitrij. sed virtutis pncipaliter i

Idez nempe vsum

bonu ex virtute est ⁊ ex libero arbitrio. s̄ ex virtute pncipaliter Et bonus ille vsum i magnis bonis annumerāduz ē. Illa autē gratia pueniens que ⁊ virtus est non vsum liberi arbitrij est: s̄ ex ea poti⁹ ē bon⁹ vsum liberi arbitrij. que nobis est a deo. nō a nobis. Vsum vero bon⁹ arbitrij ⁊ ex deo est ⁊ ex nobis. ⁊ ideo bonū meritū est. Ibi enim solus deus opaf. hic deus ⁊ hō. hoc meritum ex illa purissima gratia puenit. quod apostolus notauit dicens. Gratia dei sum id quod sum. ⁊ gratia eius in me vacua nō fuit. Sup quem locuz Augustinus ita ait Recte gratiaz nominat. p̄mū em̄ solā grāz dat deus. ⁊ nō nisi gratiaz. cum non pcedunt nisi mala merita. sed post p gratiam i cipiunt merita bona. Et vt ostēderet etiaz liberū arbitrium. addit. ⁊ gratia eius i me vacua nō fuit. Et ne ipa voluntas si ne gratia dei putef aliqd boni posse. subdit. Non

Qd gratia pueniens que x̄tus intelligitur non est li. ar. vsum. s̄ ex ea bon⁹ vsum li. ar. ⁊ omnia bona merita.

Aug⁹ de gra ⁊ libe. ar.

autem ego solus scz sine gratia. sed gra dei mecum. id est. cum libero arbitrio. Plane cuz data fuerit gratia incipiunt esse nostra merita bona. p illaz tñ. quia si illa defuerit cadit homo.

Aliorū sententia hic ostendit qd dicunt virtutes esse bonos vsum liberi arbitrij. i. actus mentis. k

Alij vō dicunt vir

tutes esse bonos vsum naturalium potētiarū nō tñ omnes. sed tñ modo interiores qui in mente sunt. Exteriores vero qui p corpus gerunt nō virtutes esse dicunt. s̄ opa x̄tutum. Et ideo qd Aug⁹ dicit opus virtutis esse bonum vsum naturalium potentiarum. s̄ vsum exteriori accipiunt. Qd vero dicit bonum vsum liberi arbitrij x̄tutem esse. et in magnis numerari bonis. de vsum interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud esse. q̄ bonos affectus vel motus mentis afferunt quos deus in hominē facit nō homo quia lz illi motus sint liberi arbitrij. nō tamen esse queunt nisi deus ipm liberet ⁊ adiuuet gratia sua operante ⁊ coopante. quā dei gratuitam voluntatez accipiunt. quia de⁹ est qui ⁊ operatur in nobis velle ⁊ operari bonum.

Qualiter p̄ta x̄ta Aug⁹. huc inle puenit

Quibus autoritatib⁹ muniunt qd virtutes sint mot⁹ mētis. l

Qd autez virtutes

sint mot⁹ mētis: testimonijs sanctorū astrunt. Dicit autem Aug⁹ sup Iohēz. Quid est fides? Credere quod non vides. Crede re autē motus mentis est. Idem in lib. iij. d doctrina christiana. Charitatem autē voco motum animi. Si hoc charitas ⁊ fides motus animi sūt. virtutes ergo motus animi sunt. Quibus ⁊ alij respondētes premissa verba Augustini ita intelligenda fore inqunt. Fides est credere quod nō vides. id ē fides ē virtus qua creditur quod nō videtur. Item. Charitas est motus animi. id ē gratia qua mouet animus ad diligendum Et qd ⁊ his similia accipiēda sint. ex his conicitur que alibi Aug⁹ ait. Nam in p̄mo libro questionū euangelij inquit Est fides qua creduntur ea que nō vidēf. que pprie dicitur fides. Item in. xij. li. d trinita. Aliud sunt ea que creduntur. aliud est fides q̄ creduntur. Ex quibus verbis sic argumē-

Quōd alijs respondēt p̄ dicta octm. nantes.

Determinatiōnem p̄firmat autoritatib⁹.

tando procedunt. Aliud est credere. aliud illud quo credis. Predictum autem est fides id esse quo credis. Sic ergo credere non est fides. quia credere non est id quo creditur. Ad dunt quoque. virtus opus dei tamen est. quam ipse solus facit in nobis. Ista ergo non est usus vel actus liberi arbitrii. sed credere est actus liberi arbitrii. non est itaque virtus. Premissis alijs rationibus ac testimonijs innituntur trique horum autem iudicium diligenter lectoris relinquo ex animi. ad alia pertrans.

Ista est distinctio. xxvij. huius secundi libri. In qua quidem distinctione magister postquam egit de efficacia gratie liberi arbitrii generaliter. agit de efficacia virtutis specialiter. Et circa hoc tria facit. Nam primo tractat de virtute ostendens qualiter recte capiatur. Secundo agit de gratia ostendens quod sine ipsa nemo proprie mereatur. Tertio repellit quaedam sententiam que non recte circa virtutem opinatur. Primum quidem facit a principio distinctionis usque ibi. Cum ergo ex gratia. Sed ab inde usque ibi. Alij vero dicunt Tertium vero usque ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Virtus que est bona mentis quantitas censenda non est actus neque motus animi vere dicenda. Hanc enim propositionem magister probans dicit quod quedam sunt magna bona hominum. cuiusmodi sunt virtutes quibus nemo male uti potest. Quaedam autem sunt bona minima. ut bona temporalia. quedam autem media. ut potentia anime. et illis quidam minimis et medijs bonis tam bene quam male uti possunt homines. Item quod media secundum beatum Augustinum est liberum arbitrium. cuius usum beatus Augustinus alicubi nominat opus virtutis. alicubi autem virtutem. et sic sibi ipsi contrarij videtur. Quam contrarietatem magister solvens adducit rationem quandam propter ipsam virtutem non esse actum sed magis qualitatem probat. sic arguens. Causa virtutis in nobis deus est. et nos ipsi sumus causa liber actus nostri. et per consequens usus liberi arbitrii quod est actus noster non est virtus. et gratia cum sit virtus vel virtutis similis. etiam non est actus noster. Iste argumenti magister minorem supponit. maiorem autem multipliciter probat. scilicet quod causa virtutis in nobis sit deus. et quod virtus sit bona qualitas mentis qua nullum male vitatur. primo in communi per virtutis definitionem quare beatus Augustinus ponit dicens quod deus in nobis sine nobis operatur virtutem. que est bona mentis qualitas qua recte vivitur et qua nullus male utitur. Secundo probat eam in speciali de virtute iusticie. de qua beatus Augustinus ait. quod nullus eam in homine efficit nisi deus. Tertio probat eam specialiter de fide quam secundum apostolum solus deus infundit. Et subdit quod omnis motus et effectus mentis ex libero arbitrio est. sed bonus quidem est ex gratia et libero arbitrio simul. motus autem et effectus malus ex libero arbitrio. quod probat auctoritate beati Augustini. Ex qua una cum predictis infert. quod virtus non est motus vel affectus animi. sed qualitas animarum informans. quod de gratia que etiam virtus dici potest asserit fore censendum. Secunda propositio est hec. Quisvis absque libero arbitrio mereri non possumus. gratia tamen principale merendi erit principium. Hanc magister ponens sententia dicit quod quis nullum meritum sit in homine quod non sit per liberum arbitrium. principale tamen causa merendi est ipsa gratia gratum faciens sed non gratia data que est donum dei. qua sanatur et iuvatur ho-

minis voluntas. ut sit bona et producat bonas operationes. et sic ex gratia et libero arbitrio quod est anime potentia procedit primum bonus motus mentis cui correspondet primum meritum hominis. Unde subdit quod gratia est qua virtutes mereri dicuntur in quantum per actus ista meretur. Et infert quod ex actibus virtutum boni sumus et iuste vivimus. Et quod beatus Augustinus in principio huius distinctionis dicit usum liberi arbitrii virtutem esse. ibi sumpsit virtutes pro actu virtutis. quia alias sibi ipsi contradiceret. Tertia propositio est hec. fides et charitas non sunt motus seu affectus mentis. sed virtutes mentem moventes. Hanc magister probans recitat quandam opinionem quorundam introductam ex verbis Augustini. qui dicit ut supra dictum est in prima propositione videlicet dicere Augustinus quod usus liberi arbitrii sit usus virtutis. et dicit quosdam opinatos fuisse quod virtutes essent proprie actus potentialium naturalium. non tamen omnes sed tamen modo interiores in mente. quas licet deus faceret. nihilominus liberi arbitrii dicerentur esse. Sed actus exteriores puta qui per corpus geruntur dixerunt esse proprie actus virtutum et non virtutes. unde dixerunt quod dictum beati Augustini quo dicit usum liberi arbitrii esse virtutem. intelligi deberet de motu sive de actu interiori. quem ipsi virtutem dicebant. Quod confirmabant per hoc quod idem beatus Augustinus dicit super Iohannem quod fides est credere quod non vides. Cum ergo credere sit motus mentis interior videtur quod virtus fidei sit interior motus mentis. Et similiter dicebant de alijs virtutibus fore iudicandum. Sed magister illam opinionem removens dicit beati Augustini auctoritates innuere quod fides et charitas sint motus anime seu mentis non esse sic intelligendas ut sonant. sed cum dicit quod fides sit credere quod non vides hoc est ac si diceret. fides est virtus moventis ad credendum quod non vides. et sic de singulis virtutibus conformiter est. Et tantum in speciali.

Predicta repetit ut alia addat distinctam assignationem ponens de gratia et libero arbitrio contra pelagianos.

De vero incō

cusse et incunctanter teneamus liberum arbitrium sine gratia preueniente et adiuvante non sufficere ad salutem et iusticiam obtinendam nec meritis precedentibus gratiam dei aduocari. sicut pelagiana heresis tradit. Nam ut ait Augustinus in primo libro retractationum. Noui heretici pelagiani liberum arbitrium sic asserunt voluntatis arbitrium. ut gratie dei non relinquunt locum. quam secundum merita nostra dari asserunt. Pelagianorum heresis omnium recentissima a pelagio monacho est exorta. Ibi dei gratie qua predestinati sumus. et qua meruimus de potestate tenebrarum erui. intantum inimici sunt. ut si ne hac credant homines. posse facere omnia diuina mandata. Denique pelagius a fratri

DI. XX VIII.

Aug. in 1. de heresibus.

Que sit heresis pelagiana de gratia et libero arbitrio



bis increpat^o q^o nihil tribueret adiutorio gratie dei. ad eius mandata facienda. non eam libero arbitrio preponebat. sed infideli calliditate supponebat dicēs. ad hoc eaz dari hominibus. vt que facere per liberuz arbitrium iubentur. facilius possint implere p^o gratiā. Dicēdo vtiq^o facilius possint voluit credi. ⁊ si difficilius: tñ posse homines sine gratia facere iussa diuina Illā vō gratiam dei sine qua nihil boni possumus facere. nō esse dicunt nisi in libero arbitrio quod nullis suis precedentibus meritis ab illo accepit nostra natura. ipso ad hoc tñ iuuante nos p^o suam legem atq^o doctrinaz vt discam^o que facere ⁊ que sperare debeamus. Non autē ad hoc p^o donum spūssancti. vt que didicerimus esse faciēda faciamus. Ac p^o hoc diuinitus nobis dari sciētiam consentitur. qua ignorantia pellitur. charitatez autē negant diuinitus dari quapie viuif. vt scz sit donū dei scientia que sine charitate inflat. ⁊ nō sit donum dei ipsa charitas. que vt sciētie non inflat. edificat Destruunt etiam orationes quas facit ecclesia siue pro infidelib^o ⁊ doctrine dei resistentibus vt quertant ad deuz. siue p^o fidelibus vt augeat eis fides et pseuerēt in ea. Hec quippe nō ab ipso accipe. sed a seipsis hoies habere p^o tendūt. grām dei qua liberamur ab impietate dicētes s^om merita nra dari. paruulos etiam sine villo peccati originalis vinculo asserunt nasci.

Hic ponit ea quibus suū p^ofirmat errorem verbis augu. contra ipsuz vtentes.

Q^o vero dicūt sine gratia hominez p^o liberū arbitriū oia iussa implere hmōi inductionibus muniūt. Si inquit nō pōt ea facere hō que iubēt. nō est ei imputandū ad mortem. Sicut tuipe Augusti. in lib. de libero arbitrio asseris. Quis inquis peccat in eo quod nullo modo cauere potest? Peccat autē. Cauere ergo potest hoc testimonio Augustini Pelagius vsus ē disputans aduersus eū. imo aduersus gratiam. sicut Aug^o in lib. retractionū illud ⁊ alia hmōi retractās cōmemorat inquit. In his atq^o hmōi verbis meis. qz grā dei cōmemorata nō est d^o qua tunc nō agebas. putāt pelagiani suaz nos tenuisse sententiā. s^o frustra hoc putāt. Voluntas quippe est qua peccat ⁊ recte viuif

Testimonium
augu. inducit
pelagi^o p se.

Retractatio
Augustini.

q^o his verbis egimus. sed ipsa nisi dei gratia liberet ⁊ vitia supet ⁊ adiuuet. recte a mortalibus viuū nō pōt Ecce apte determinat ex q^o sensu illa dixerit inimicos gratie resellens.

Aliud testimoniū augustini ponit quo pelagi^o p se vtebat.

Similiter ⁊ innite batur pelagius vobis augustini p^otra gratiam. que in libro de duab^o animabus dicit Peccati inquit reum tenere quēq^o. qz non fecit q^o facere nō potuit. summe iniquitatis ⁊ insanie est. His auditis exiliit pelagius dicens. Cur ergo puuli et illi q^o nō hnt gratiaz sine qua nō possunt facē mandata diuina rei tenet? Hoc autē qua occasiōe dixerit. in lib. retractionum pelagio rñdens apit. Id em̄ cōtra manicheos dixit. qui in hoie duas naturas esse contendunt. vnaz bonam ex deo. alterā malā ex gēte tenebrarum. que nunq^o bona fuit. nec bonuz velle potest. q^o si eēt. nō videret ei imputandū esse si nō bonū faceret.

Aliud q^o videt contradicere gratie dei addit.

Alibi etiam Aug^o

dicat q^o huic gratie cōtradicere videt qua iustificamur Sit in libro contra adamantiū manichei discipulū. Nisi quisq^o voluntatem suam mutauerit. bonum opari non potest. quod nostra potestate esse posituz dñs docet vbi ait. Aut facit arbozem bonam aut fructus ei^o bonos ⁊c. Ad Aug^o in retractionibus nō esse contra gratiam dei quam predicamus ostēdit. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatē. sed ea potestas nulla est nisi a deo detur. de quo dictum est. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Cum em̄ hoc sit i potestate quod cum volumus facimus. nihil tam in potestate q^o ipsa voluntas est. sed p^o paratur a dño volūtas. eo ergo modo dat potestatem.

Aliud testimoniū eiusdē q^o videtur aduersum.

Sic etiā intelligen

Questio pelagi.

Determinatio Augustini.

Determinatio Augustini in retractionibus.

dum ē quod in eodē ait. s. in nostra potesta
te esse vt vel inferi bonitate dei. vel excidi
eius seueritate mereamur. Quia i potesta
te nostra nō est nisi quod nostrā sequit vo
luntatem. que cum pparat a dño. facile sit
opus pietatis etiaz illud qđ impossibile ⁊
difficile fuit.

Aliud testimoniū

In expositiōe quo

q̄s quarūdam ppositionū ep̄le ad Roma.
quedā Aug⁹. iterferit. que vident huc do
ctrine gratie aduersari. At em̄. Quod cre
dimus nostrū est. qđ aut bonum opamur
illius ē qui credentib⁹ dat spiritū sanctū.
⁊ paulo post. Nostrū ē credere ⁊ velle. Il
lius aut dare credentibus ⁊ volētib⁹ facul
tatem bñ opandi p sp̄m sanctū. Que quali
ter intelligi debeant Aug⁹. in li. retractatio
num apit dicens. Verum est quidez a deo
esse quod opamur bonū. sed eadem regula
vtriusq̄ est. ⁊ volendi. s. ⁊ faciendi. ⁊ vtrū
q̄ ipsius est. quia ipse pparat voluntatem
⁊ vtrūq̄ nostrū ē. quia nō sit nisi volētib⁹
nobis Illa itaq̄ pfecto nō dixissem. si iam
scirem etiā ipsam fidem inter sp̄m sancti mu
nera reperiri.

Aldhuc addit aliud qđ videt con
trarium.

Illud etiam diligē

ter est inspiciendū qđ Aug⁹ in lib. sentētia
rū psperi ait. s. quia posse habere fidem. si
cut posse habere charitatē. natura ē hoim.
habere aut fidem sicut habere charitatem
gr̄a est fidelii. Quod nō ita dictum est tan
qđ ex libero arbitrio valeat haberi fides vl
charitas. sed qz aptitudinem naturalē ha
bet mens hominis ad credendū vel diligē
dum que dei gratia puenta credit ⁊ diligit
quod sine gr̄a non valet.

Testimonio Iheronymi astruit
quid tenendum de gratia ⁊ libero
arbitrio. vbi triplex heresis idica
tur scilicet Iouiniani. Manichei
⁊ Pelagij.

Id ergo de gratia

⁊ libero arbitrio indubitanē teneamus qđ
Iheronym⁹ i explanatione fidei catholice
ad Damasum papā. iouiniani ⁊ manichei

ac pelagij errores collidēs docet. Libery
indt sic p̄stemur arbitriuz. vt dicam⁹ nos
semp indigere dei auxilio. Et tam illos er
rare qđ cū manicheo dicūt hoiez pctm̄ vita
re non posse. qđ illos qđ cū iouiniano asserūt
hoiez nō posse peccare. Vterq̄ tollit arbi
trij libertatem. Nos vō dicim⁹ hoiez sem
per ⁊ peccare ⁊ nō posse peccare. vt sp̄ nos
liberi p̄stemur esse arbitrij. Ihec est fides
quā i catholica ecclesia didicimus. ⁊ quā
semp tenuimus.

Ista ē distinctio. xxviii. hui⁹ secū

li libri. In qua magister ostensa efficiēt gratia in li
bero arbitrio. Dic agit de sufficienti liberi arbitrij si
ne gratia. Et tria facit. Nam p̄mo exprimit pelagia
nozum errorem. Secundo subdit eorum obiectōes
⁊ obiectiōnū solutiones. Tertio subiungit veritatis
affirmitatem. Primum facit vsq̄ ibi. Q̄ autem of
cunt. Secundum vsq̄ ibi. Illud etiaz diligent Ter
tium vero vsq̄ ad finem distinctionis Et tū in gene
rali. In speciali sententia magistri stat in tribus pro
positionibus. quarum prima est hec. Et si libery
